



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

lentacv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

Cajetan, Thomas

Colonie, 1526

VD16 V 1243

urn:nbn:de:hbz:466:1-34421



Th. 6000.

f. IV

2d.

f. IV
27

IENTACV

la noui testamenti Cardi.

nalis sancti Xisti.

Reuerendissimi domini Thome de Bio ca
ietani Cardinalis sancti Xisti preclarissima
sexagintaquattuor notabilium sententiarum
noui testamenti literalis expositio, in
duodecim capita distincta: que toti
de Tentacula noui testamen
ti ratione operis initio
reddita inscribuntur.



Colonie, Anno domini M. D. XXVI.
Mense Iulio.

LENTA

in

...

...



Colonic, Anno domini M. D. XXXVI

...

**Index eorum que in
hoc opusculo tra-**
ctantur.

In primo

Tentaculo de verbis domini circa ipsius ex hoc mundo transitum: tractantur questiones. xiiij.



De Christus reprehendit suos discipulos dicentes, vt quid perditio hec: poterat enim istud vnguentum venundari &c.

Questio secunda. Quantum valeat excusatio domini opus enim bonum operata est in me, nam pauperes semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.

Tertia. Quorsum tria dicta, a domino excusationi Magdalene vngentis ipsum adiecta: scilicet de sepulture sue preuentioe de perpetua memoria huius vngtionis in laudem Magdalene futura, & quod ipsa Magdalena fecit quod habuit.

Quarta. Quo pacto verba domini ad discipulos pro emendo gladio, scilicet quando nisi vos sine sacculo & pera &c. ad literam verificetur.

A ij.

Tabula materiaram

Itē ad quid apostoli dixerint. ecce duo gladij hie
Et cur dñs meminerit persecuti. nis sue, nō loquēs
de sui defensione.

¶ Quinta. Quam pueniens fuerit hęc dñi ad An
nam iudicem responsio, quid me interrogas?

¶ Sexta. Quam conueniens fuerit domini ad An
ne ministrum percussorem responsio, si male locu
tus sum, testimonium pe. bibe de malo, si autē bene
quid me cedis? Item cur non responderit dñs An
ne ad interrogationem de discipulis.

¶ Septima. Cur dñs a Caipha adiuratus vt dice
ret si ipse esset Messias, nō solum se esse Christum
respondit, sed amodo videbitis filiū hominis sedē
tem a dextris virtutis dei &c. adiecit.

¶ Octava. Cur interroganti Pilato, tu es rex Ju
deorum? respondit dñs, a temetipso hoc dicis, an
alij tibi dixerunt de me?

¶ Nona. Cur interroganti Pilato, quid fecisti?
respondit dominus, regnum meam non est de hoc
mundo &c.

¶ Decima. Cur ex verbis domini inferenti Pilato,
ergo rex es tu? respondēdo subiunxit dominus, ego
in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum vt te
stimoniū p'hibeam veritati; omnis qui est ex verita
te, audit vocē meam.

¶ Undecima. Cur interroganti Pilato: mibi non
loqueris, nescis quia potestatem habeo &c. respon
dit dominus, non haberes aduersum me potestae

Tabula materialium

et vllam nisi tibi desup datum esset &c.

¶ Duodecima. Cur interrogat⁹ dominus ab The-
rode in multis sermonibus, nihil omnino respōdit:
quum tamē affulgeret spes profectus.

¶ Tertiadecima. Cur Pilatus hanc domini cau-
sam sup^r crucem scripserit. Iesus nazareus rex
Iudeorum.

In secundo

De diuersis documentis de filijs dei,
tractantur questiones quattuor.

¶ Prima de verbis Pauli apostoli ad Roma. i.
de vnigenito filio dei, quibus dicit, qui predestina-
tus est filius dei in virtute secundum spiritum san-
ctificationis ex resurrectione mortuorū Iesu chri-
sti domini nostri.

¶ Item expositio horum duorum ab apostolo ibi-
dem dictorum, scilicet qui factus est ei ex semine
Dauid secundum carnem, et per quem accepimus
gratiam et apostolatum ad obediendum fidei in o-
mnibus gentibus pro nomine eius.

¶ Secunda de verbis Joannis euangeliste Jo-
annis primo de filijs dei adoptiuis, dedit eis pote-
statem filios dei fieri, qui non ex sanguinibus neq;
ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex
deo nati sunt.

Tabula materialium

Tertia de verbis Pauli apostoli primi ad Cor. xv. de baptismo quo generantur filij dei, quum dicitur, alioquin quid faciunt qui baptizantur pro mortuis si omnino mortui non resurgunt vt quid et baptizantur pro illis?

Quarta est de verbis eiusdem apostoli ad Gala. iij. de hereditate filiorum dei per fidem repromissa non per legem, quum dicitur, lex ordinata per angelos in manu mediatoris, mediator autem vnus non est, deus autem vnus est.

In tertio

De diuersis scripture dictis de sacerdotio, tres tractantur questiones.

Prima de verbis Apocalipsis capite quinto fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes, et capite primo fecit nos regnum et sacerdotes deo et patri suo.

Secunda de verbis Petri apostoli in cap. ij. prime sue epistole. Vos autem genus electum, regale sacerdotium gens sancta &c.

Tertia de verbis eiusdem Petri apostoli in eodem capite ad quem accedentes, et ipsi tanquam lapides vivi superedificamini domos spirituales in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum christum.

In quarto

Tabula materiarum

De nouem beatitudinibus euangelicis
premittuntur earum tractationi quinq̄
quesita.

¶ Primum cur dominus in principio has beatitu-
dines proposuit.

¶ Secundo cur multas.

¶ Tertio cur tot. i. nouem.

¶ Quarto cur pluraliter.

¶ Quinto an gradatim enumerentur.

¶ Prima beatitudo enágelica est hec, beati paupe-
res spiritu, qm̄ ipsorum est regnum celorum.

¶ Secunda, beati mites, quoniam ipsi possidebũt
terram.

¶ Tertia, beati qui lugēt, qm̄ ipsi consolabuntur.

¶ Quarta, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quo-
niam ipsi saturabũtur.

¶ Quinta, beati misericordes, quoniam ipsi miseri-
cordiam consequentur.

¶ Sexta, beati mundo corde, qm̄ ipsi deum videbũt.

¶ Septima, beati pacifici, qm̄ filij dei vocabuntur.

¶ Octaua, beati qui persecutionem patiuntur pro-
pter iustitiam, qm̄ ipsorum est regnum celorum.

¶ Nona, beati estis quum maledixerint vobis ho-
mines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne ma-
uũ aduersus vos mentiētes, ppter me: gaudete & ex-
ultate, qm̄ merces vestra copiosa est in celis.

In quinto

A iij

Tabula materiaram

- Quinq; tractantur sententie.
- P**rima Matthei decimo quinto. munus quodcumque ex me est. tibi proderit.
- S**ecunda ibidem: omne quod in os intrat in secessum emittitur.
- T**ertia. Luce decimo sexto. qui fidelis est in minimo. & in maiori fidelis est: & qui iniquus est in modico. iniquus est & in maiori.
- Q**uarta ibidem: Si Moysen & prophetas non audient. neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.
- Q**uinta Joan. i. quotquot receperunt eum. dedit eis potestatem filios dei fieri.

In sexto

- Tractantur sex.
- P**rimum verba domini in cena: non bibam de hoc genimine vitis vsq; in diem illum. quum illud bibam vobiscum nouum i regno patris mei.
- S**ecundum. verbum dñi ad Judam in eadē cena: quod facis fac citius.
- T**ertium: Verbum domini ad Petrum quum percussit Malchum. conuerte gladium tuum in locum suum. omnes enim qui acceperint gladium. gladio peribunt.
- Q**uartum apud Marcum euangelistam. adoleſcēs autem quidam sequebatur eum amictus syne-

Tabula materiaram

done super nudo, ⁊ tenuerūt eum, ⁊ cetera.

¶ Quintum, erat autem parascene pasche.

¶ Sextum, apud Joānem: accipite eum vos ⁊ crucifigite.

In septimo.

Tractantur tria.

¶ Primum est apud Lucam de duobus discipulis euntibus in Emaus, oculi autem eorum tenebātur ne eum agnoscerent.

¶ Secundum: vnde scitur q̄ Thomas tetigit manus ⁊ latus Christi, vt doctores affirmāt.

¶ Tertium, Apoc. v. dignus est agnus qui occisus est accipere diuinitatem.

In octauo

Declarantur de peccatis quinq̄.

¶ Primum Matth. xij. omne peccatum ⁊ blasphemia remittetur hominibus, spiritus autē blasphemie non remittetur.

¶ Secundum, i. ad Cor. sexto omne peccatum qd̄cūq̄ fecerit homo extra corpus est: qui autē fornicatur in corpus suum peccat.

¶ Tertium, i. Joan. vltimo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat ⁊ dabitur ei vita peccanti nō ad mortem, est peccatū ad mortem, non pro illo dico vt roget quis.

A v

Tabula materialium

Quartum Apocaly. tertio, vtinam esses calidus aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te enomere ex ore meo: quia dicis, diues sum et locupletatus, et nullius egeo: et nescis quia miser es et miserabilis, et pauper et cecus et nudus.

Quintum Apocalyps. vltimo, qui nocet noceat adhuc: et qui sordidus est sordescat adhuc.

In nono

Declarantur quattuor.

Primum Matth. decimonono, erunt duo in carne vna: itaq; iam non sunt duo sed vna caro.

Secundum Matth. xxi. et Luce xx. Qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem vero ceciderit conteret eum.

Tertium Luce xij. Ite et dicite vulpi illi, ecce eijicio demonia et sanitates p̄ficio hodie et cras et tertia die consumo, veruntamen oportet me hodie et cras et sequenti die ambulare, quia non capit propheta perire extra Hierusalem.

Circa quod queruntur tria. Primo quorū tendant hec de Herode verba: quum in euangelio non legatur q̄ ipse insidiatus fuerit Christo. Secundo quid sibi velit replicata hec distinctio p̄ tria tempora: hodie, cras, et tertia die. Tertio quid scetur per illa verba, quia nō capit propheta perire extra Hierusalem: quum latina constructio nullā videatur habere significationem.

Tabula materiaram

Quartum. i. ad Corin. vi. omnia mihi licent, sed non omnia expediunt, omnia mihi licet, sed ego sub nullius redigar potestate, et cap. decimo, omnia mihi licent, sed non omnia edificant.

In decimo

Tractantur quattuor domini dicta apud Joannem.

Primum Joannis. v. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. Quum tamen Joannis viij. dicat: Si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum.

Secundum quod Joann. viij. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam que a solo deo est non queritis?

Tertium, Joann. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt: siquid minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Circa quod fiunt tres questionule. Prima quod negat per illa verba, siquid minus. Secunda quod sit illud quod affirmat dominus perditionaliter: tamen se fuisse dictum discipulis in illis verbis, dixissem vobis. Tertia quod dominus vadat parare discipulis locum: quum ipse dixerit filiis Zebedei parata esse electis loca a suo patre, et quum dixerit se in iudicio dictum: venite possidete regnum paratum vobis a constitutione mundi.

Quartum est Joannis decimosextimo. Et nunc clarifica tu me per apud te metipsum claritate quam habui

Tabula materiarum

priusquam mundus fieret apud te.

In undecimo Tractantur tria occulte
ora.

Primum est Joannis decimo, quum dominus postquam dixerat se esse verum deum, Judeis ipm propterea lapidare volentibus, respondit scriptum esse ego dixi dii estis, & c. Vbi videtur dominus dixerere sermonem a deitate per essentiam ad deitatem p participationem.

Secundum ad Philippen. ij. Qui quum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed exinanivit semetipsum formam servi accipiens.

Tertium Apocalyps. quarto. Tu creasti omnia & per voluntatem tuam erant & creata sunt.

In duodecimo

Tractantur circa res gestas quinque.

Primum Luce septimo, quo pacto mulier peccatrix, stans lauerit pedes domini lachrymis.

Secundum. Vnde constat ex euangelio hanc mulierem peccatricem esse mariam Magdalenam, et sororem Lazari.


Tertium. Luce Marci octavo, dominus cecum illuminavit paulatim, ita qd primo imperfecte: dicit video homines ambulantes sicut arbores: et secundo impositione manuum perfecte, vt claret videret omnia.

Tabula materiarum

Quartum. Cur Paulus apostolus tam prime ad Timothee, tertio, q̄ ad Titum primo, tradēs cōditiones requisitas ad episcopum, tradit tantum, modo conditiones positivas (puta sobrium, prudētem, &c.) & nunquam meminit conditionis comparatiue, scilicet, q̄ sit dignior alijs.

Quintum. Cur tentator Christi in prima & secunda tentatione dixit si filius dei es: in tertia autē non hoc dixit, sed ad maximum scelus ausus est Christum prouocare.

¶ finis Indicie



Tentacula noui testamenti

Tho. de Vio caietani Cardinalis sancti xisti.

Sapientie diuine clemens septime pōtifer maxime mensam post perfectā peccatorū summā instruere quum hungarica peregrinatio vetaret, ne ieiuna omnino mens manusq; transiret, ientacula quedā parare curauī. Absq; ordine siquidē et delectu occurrentes nonnullē per nouū testamentū sententiē, literalī sensu hīc declarant. Nec propterea finem feci quod omnes declaratiōe dignas arbitrarer me cōplexū esse: sed vbi obtulit se cōmoditas inchoandi pmentaria psalmoz iuxta literalē sensum, omissis ientaculis, conuiuio apparando vacandum credidi. Non dedignaberis itaq; pater beatissimē me exiguum hoc munusculum suscipere: quandoquidem et mea omnia tue beatitudinī debentur et diuina est materia.
Felix vale.

Currunt In primis circa vba dñi nostri Iesu Christi circiter ipsius ex hoc mundo transitū, questionē quattuor. Prima est de vbis domini in excusatione Magdalene: quid molesti estis huic mulieri etc. Secūda est de verbis domini ad discipulos p: o emēdo gladio: quādo nisi vos sine sacculo et pera etc. Tertia est de responsiōibus domini ad suos quattuor iudices: Annā, Caiaphā, Herodem et Pilatū. Quarta est de causa ipsius dñi scripta: Iesus nazarens rex iudeorum.

¶

Ientaculi primi quæstio prima.

Circa Verba siquidē dñi p̄ Magdalena ad
miramur p̄mo cur reprehēsi sint disci-
puli, egre ferentes effundi p̄ciosum vnguentū in
vntionē pedū vnus paup̄rū p̄dicatoris tantā san-
ctitatē p̄fitentis. ¶ Videntē siquidē rationabiliter in-
dignati. Tū quia talis vntio ad delicias nō qualescū-
q̄ sed p̄ciosas spectare videt̄ magnoz nobiliū. Et for-
te nullus erat eā celsus vt vteret̄ tam p̄cioso vngue-
to pro pedibus, sed p̄ capite. Christ⁹ aut̄ ignobilis se-
cundū mundū (vtpote filius fabi ⁊ fabri) ⁊ pedes ei⁹
vngēbant̄ tam delicata vntioē. Tū q̄a hodie scanda-
lizaremur si viderem⁹ aliquē p̄dicatōrē sancte fame, p̄-
mittere se deliniri huiusmodi delicijs p̄ciosis: multum
enim indecens iudicarem⁹. ¶ Tum quia discipulis,
quibus est mandatū vt emulentur charismata melio-
ra, incubebat diuertere Mariā ab hac effusioē vngue-
ti p̄pter opus euidenter meli⁹ scilicet vt videret̄, ⁊ p̄ciū
daret̄ in pauperū elemosynā. ¶ Admiramur secundo
quantū valeat excusatio dñi, opus enim bonū opera-
ta est in me: nā pauperes semp̄ habebitis vobiscū, me
aut̄ nō semp̄ habebitis. Ex differentia nāq̄ tēporis
habendi pauperes ⁊ ipsum (q̄a illos semp̄ ipsum ve-
ro nō semp̄ essent habituri) nō apparet vnde infera-
tur, seu vnde reddatur ratio qd̄ illa bonū opus ope-
rata sit. Et enim ex ista differentia nō tollitur quin vn-
ctio illa fuerit excessiua vtpote deliciosa nimis ⁊ impe-
ditua melioris boni, scilicet tāte elemosyne in panpe-
res: p̄ quibus tanto magis sollicitū oportet hominem
esse, quanto nunq̄ deficiunt, sed semp̄ durant.
¶ Admiramur tertio de alijs tribus v̄bis dñi adie-
ctis, tanquā impertinentibus ad excusationē Magda-
lene vngentis ipsum, quorsum hec? Apposuit sepul-
t̄ sue p̄uentionē, apposuit p̄petuam memoriā hu-

Ientacula primi quæstio prima ij

ius vnctionis in laudem Magdalene futuram, appo-
luit qđ fecit hoc quod habuit. Nihil autem horum ex-
culat vnctionem Magdalene. Non primum, tum qđ
preter intentionem Marie vnctis erat quod ad se-
pulturam refertur: opus autem iudicatur bonum se-
cundum intentionem operantis: non enim intendebat
illa prenire sepulturam, sed vnge viuentem Chri-
stum, tum quia etiam pro sepultura, excessiua erat vn-
ctio tam preciosa: in cuius signū, Nicodemus pro se-
pulture Chrii officio mixturā aloes ⁊ myrre, ⁊ nō vnge-
tū nardi p̄ciosi attulit. Nō scđm qđ ad euentū spectat
subsecuta laus, nō ad itētionē opantis. Nō tertū, qđ
oīno imp̄tines videt illa appositio, quū null⁹ calūnia-
ret eā quasi fecisset vnctionē de alieno, aut de necessa-
rio sibi: quorum verūq; excluditur per hoc quod fecit
qđ habuit vt facere bene posset.

Ad clariorem Intellectum dominice sentē-
tie prenotanda est dispositio
mulieris vnctis in animo suo, vt percipiatur quale
fuerit illius hoc opus ex parte sua. Ipsa siquidē crede-
bat Iesum esse verum Messiam: quū soror eius Mar-
tha dixerit domino, ego credidi quia tu es Christus fi-
lius dei: multo enim magis ipsa Maria hoc credidit,
que optimam partem elegerat. Credidit quoq; eundē
habere potestātē dimittendi pctā: iuxta v̄bū dñi ad eā
remittuntur tibi peccata tua, fides tua te saluā fecit.
Amabat quoq; multum saluatorem: vt dictū sit de ea
dimissa sunt ei peccata multa: quoniam dilexit multū.
Ex tam sancta igit̄ mentis dispositiōe erga Chri-
stū, videri facile potest Martā ad vocationē istā p̄cessisse
vt multa simul exequeret̄ officia: scilicet humanitatis,
gratie ac religiōis. Hūanitatē qđē: qm̄ mos erat in

A ij

Ientaculi primi questio prima

regione illa vnctionē exhibere. Vnde et Simon phariseus quasi reprehensus est a dño q̄ caput eius nõ vnxi-
isset. Et sicut consonū erat, inuitato Christo ad cenā
p̄parare epulas lautiores (que scilicet magnatibus so-
lent parari) quando sic decebat inuitatē, ita arbitra-
ta est Magdalena decere se exhibere in vnctionē tan-
ti viri inuitati delicatū ac preciosum vnguentū. Gra-
tie vero: qm̄ memor recepti beneficij, remissiōis scilicet
p̄ctōz vngēdo alias Christū, debitoricē se arbitrata est
vt iterū quā melius posset vngeret Jesum. Vnde pri-
mū pedes ex quoz priorē vnctiōe veniā hauserat, dein-
de caput a cuius ore verbū et veniē et vite toties perce-
perat non solū vnxit sed quodāmodo abluīt: pro quā-
to versando vas vnguenti, effudit illud super caput: vt
euangeliste testantur. Nec putauit preciosum aliquid
reputandū ad referendā gratiā de tanto beneficio.
Religionis autē: qm̄ Messie dei filio offerebat vnctio-
nem illā in ipsius Messie secundū assumptā carnē cor-
porale refrigerium, et propterea putauit et bene, oportere
esse optimam, ac preciosissimā hm̄ōi vnctionem.
¶ Ex quibus omnibus simul collectis, manifeste ap-
paret Mariā secundū recte ratiōis iudiciū elegisse in
hm̄ōi delicata et p̄ciosa vnctiōe, bonū ac laudabile opus
denotiōis p̄nq; obsequij in dñm Jesum Christū
et p̄pterea discipulos indignatos de hoc, merito a dño
reprehēsos q̄ molesti essent mulieri illi dicēdo vt quid
p̄ditio ista? Nō enim est vnguenti p̄ditio vsus ille: vn-
guenti ad quē tot vtutes incitabāt: q̄ p̄ gratia referen-
da, pro pietate, proq; religiōe oportunus erat.
¶ Quod vero ad excusandos discipulos primo affer-
tur (q̄a nimis delicata ac p̄ciosa vnctio erat respectu
tā pauperis, et pedū p̄sertim) excludit p̄ hoc q̄ Jesus

Ientaculi primi questio prima iij

erat & credebatur verus Messias, ac p hoc dignior omnibus hominibus. Et neq; hoc neq; quodcuq; aliud unguentum erat excessivum respectu illius & pedum eius, quicquid enim cuiusq; excellentissimo homini potest exhiberi minus est ut condignum sit ad usum corporis ipsius Messie & pedum eius. Extabat nihilominus spiritualis ratio unguendi pedes quae dicta est. Quod deinde subiungitur de rationabili discipulorum scandalum, excludit per idem, quia si hodie videremus verum Messiam testibus tot miraculis, teste tunc Lazaro patre qui ex mortuis veniens testabatur illum esse verum Messiam, hoc est regem regum & dominum dominantium (unde multi ex iudeis credebant in Christum) non scandalizaremur rationabiliter: sed rationabiliter admiraremur & stuperemus quod dignatur seipsum sic exinanire ut istis nostris unctionibus delinatur, ut a muliere unguatur, ut istiusmodi refrigerijs egeat. Irrationabiles autem homines sumerent cum Iuda occasionem scandalum. Quod denique subditur de melioris boni emulatione (quia melius fuisset unguenti precium in pauperes erogatum) a domino excludit: ut patebit declarata ratione domini. Sed & ex dictis excludit: quoniam opus tante gratie, pietatis & religionis non est minus bonum quam elemosyna illa fuisset in pauperes, immo tanto maius bonum fuit, quanto Christus prestat omnibus pauperibus, quanto caput membrum, quanto dominus servus. Arguendi igitur discipuli erant.

Ad admirationem de ratione reddita a domino quare operis unctionis huius non fuerit pretermittendum propter pauperes, dicitur quod quia discipuli non solum protulerant elemosynam, sed vituperaverant illam unctionem dicendo ut quid perditio ista: ideo dominus utriusque confutando, primum asserit Mariam fecisse opus bonum: & hoc contra illud ut quid perditio ista: Deinde non fuisse hoc pretermittendum propter elemosynam.

A iij

Lentaculi primi quaestio prima

nam faciendā: quia pauperes semper haberet etc. et hoc contra illud: potuit enim unguentum istud venundari et dari pauperibus. Et quod opus illud fuerit bonum, dominica responsio in singulis clausulis probat. Primum ex illa propositione in dicendo in me. Vbi recolito aliud esse credere deum, et aliud credere in deum. Primum siquidem commune est bonis et malis. Secundum autem proprium est bonorum: quia est actus fidei formate. Et similiter operari aliquid bonum opus, commune potest esse bonis et malis, sed bonum opus operari in Christo, proprium est bonorum: quia significat quod operando quis tendit in Christum quod est charitatis progressus. Dicendo ergo quod Maria operabatur bonum opus in me, monstravit opus illud esse meritum et a charitate procedens. Deinde ex ratione comparationis ad elemosinam: ex qua utrumque simul manifestatur. Et si subtilius fuerit considerata, apparebit quod aliud primo occursum sensus offert, et aliud interius portat. Nam prima fronte ratio dominica ex duplici differentia inter elemosinam et hoc humanitatis officium sibi exhibitum, docet non fuisse unctionem istam pretermittendam. Una differentia est inter tempus istas et expectas: quia scilicet tempus faciendi elemosinam non viget nunc, sed expecta. quoniam semper est, tempus autem exhibendi mihi boni humanitatis officia, nunc instat, quia non semper me habebitis in presentia corporali carnis passibilis in qua sum modo vobiscum, et non solum non semper sed paucissimis diebus sic me habebitis: fuit enim hoc anno sex dies pasche, hoc est sabbato ante ramos palmarum. Altera differentia est inter certam personam et indeterminatos pauperes: quia scilicet obsequium hoc debitum est certe persone, mihi scilicet elemosyna autem debita est non alicui certo pauperi, sed pauperibus indeterminate. Utraque siquidem differentia dominica ratio manifeste assert, dicens, nam pauperes. Non

Ientaculi primi quaestio prima iiij

bunc vel illum) habebitis vobiscum semp, et non instat
nunc necessitatis articulus: me autem (ecce certa persona)
non semp. Quasi diceret, nunc tantum habebitis scilicet
vobiscum in carne passibili et indigente his obsequijs con-
uersantem. Ex ambabus autem differentijs simul iun-
ctis relucet et cõis doctrina quod humanitatis officia quae
alicui certe persone exhibere postulat certum tempus, non
sunt pretermittenda propter cõmuna debita quae indeter-
minate debentur primis. Non vult celestis magister
ut homo pretermittat conuiuium nuptiale, officium sepul-
ture, politicum coniunctum cum ciue, et similia, ut fiant es-
lemosyne: ipse enim quae est author gratiae, non venit des-
seruere sed perficere rationem naturalem. Relucet et spe-
cialis ratio facti: Nam ex hoc ipso quod tempus illud quod
talis tantusque hospes officiose tractari posset preteribat
posthabendi erant pauperes non tunc instantes, quibus
aliunde et tunc et nunc et alias poterat benefici. Unde
liquet redditam esse rationem et quod opus fuit bonum, et quod
preponendum fuit elemosyne pauperum quae ex illo precio
potuisset fieri. Continet autem interius penetrata hec
ratio ratione persone demonstrata per illud pronomen me,
superfluentem causam non solum bonitatis sed excellentis per-
fectionis huius unctiois. Tempus namque illud quod verbum ca-
ro factum, inter homines homo passibilis humanisque officijs sub-
ditus dignatus est peruersari, articulum constituebat urgentis
necessitatis ad exhibendum illi quaecumque passibilia officia
et obsequia, nullius precij nullaque deliciae finibus limitan-
da quantum est ex parte ipsius meriti et humani debiti. Non
nulla ex parte unctio ista minus bona fuit, sed preferen-
da vndique cure pauperum, quae cura quamuis debeat semp
hominem sollicitare, non tamen ex alio debito officio auellere: et
multo minus tollere debet hoc opus longe excellentius.

Lentaculi primi questio prima.

Ad admirationē tertiā de appositis trib⁹ a dño sententis in hac causa, rñdetur. Et circa ea que de sepultura dicunt, notādū est vnctionē istā relatā esse ad Chri sepulturā ex dñicis vbis triplici relatione: hoc est p significationē, per preuentionē, p durationē. Significauit enim vnctio illa Chri dñm sepeliendū esse: testāte dño apud Math. mittens hec mulier hoc vnguentū in corpus meū, ad sepeliendū me fecit: hoc est sepelibile me indicauit: corpora em sepelienda tñc tps vngēbant. Preuenit q̄ officiū vnctōis pro sepultura vnctio illa: testante dño apud Mar. preuenit vngere corpus meū in sepulturā, quāuis em Maria ipsa nesciret dominus tamē sciebat q̄ impedienda erat ab vnctōe ipsius Chri defuncti: quia prius resurrexit quā potuerit ab illa vngi: 7 p̄terea nunc preuenisse dicitur officium sepulture. Durauit quoq̄ vnctio illa vsq̄ ad sepulturam (dicente dño apud Joan. sinite illā vt in diē sepulture mee seruet illud) pro quanto vnctio illa vltima fuit quantū ad Marie vnctionē, 7 sic per negationē succedētis, seruata vsq̄ in diē sepulture. Tanquam si aperte diceret, sinite illam, quia ista p̄putatur p̄ tota vita mea vsq̄ ad sepulchrum: ita q̄ nec viuo nec mortuo mihi exhibebit amplius officiū vnctionis.

Totus aut̄ hmoi sermo referens vnctionē hanc ad sepulture officiū, a clementissimo magistro dictus est, vt intelligerent discipuli non quare Magdalena vngēbat, sed quare ipse dñs susciperet vnctionē illā. Magdalena em̄ intendebat officiū hūane pietatis, gratie 7 religionis impedire Chri, sed Chrius opus illud suscipiebat vt sepeliendus. Tanq̄ si aperte diceret, nō putetis q̄ vt deliciosus vngor, nam vngor vt sepeliendus, vngor vt quā citius moriturus nō est tps hoc dea

Ientaculi primi questio prima

v

ficiarum, sed mortis et sepulture. Et licet Marie animus ad hoc non tenderet ex se, ut motus tamen et directus a Spiritu sancto, ad hoc tendebat significandum, preueniendum ac seruandum, nesciens tunc quo ad hoc quid faceret. Quia igitur hec verba non sunt apposita ad alteram excusationem Magdalene, sed ad rationem ex parte domini quare permiserit se ungi, non oportet mirari quousum bec. Non tamen nihilominus hec sententia refertur ad Magdalene excusationem, intelligendo illam ut sit pars prioris sententie: utpote declaratio illius dicti, me autem non semper habebitis. Tanquam expresserit quid intenderit per li non semper, modicum valde tempus: quia proximus sum sepulture, ita quod per hanc adiectionem declaratus est articulus instantis proxime sepulture, et solliciti timoris fouentis animum Marie ad hanc unctionem. Doctrina siquidem domini de ipsius morte ac resurrectione erat adeo publica, ut etiam ad Iudeorum pontifices peruenerit: quum dixerint Pilato. Domine recordati sumus quia seducto: ille adhuc uiuens dixit, post tres dies resurgam. Et quod tunc proxima esset domini mors, Magdalena cum alijs mulieribus audierat: ut patet ex eo quod quum dixisset paulo ante dominus, ecce ascendimus Hierosolymam et filius hominis tradetur etc. et tertia die resurget, mater filiorum Zebedei petijt ut filij sui sederent ad dexteram et sinistram ipsius in regno resurrectionis eius. Ex eo igitur quod Maria que multum diligebat Christum, tempus mortis Christi primum meditabatur, sollicita quoque erat ne forte amplius similem commoditatem officiose obsequendi Christo non haberet, oblata tunc occasione conuiuii Lazaro resuscitato utendum duxit. Et sic etiam ex parte solliciti timoris adhibetis quasi calcaria Marie, unctio ista non nullum respectum ad sepulturam Christi habuit. Et quia

A v

Lentaculi primi quæstio prima

tempus vrgens ad vnctionē cōstituebat, ad opus illud bonū reddendū ptinebat. Nec obstat si nō tam p̄ciosa vnguenta ad vsum eēnt sepulture, sed myrra ⁊ aloes quā ad sepulchra regū, preciosiora adhiberi credibile est: ⁊ dignitas Messie supra oēs ⁊ reges ⁊ summos sacerdotes erat ⁊ est, ita vt nihil quantumcūq; alijs preciosum, ipsi poterat cōdigne exhiberi.

De apposita autē futura memoria huius vnctionis, facile patet q̄ ad cōmendationē operis Magdalene spectat. Tum q̄ licet laudari preter intentionē Marie fuerit esse tamē opus tale vt sit laude dignū, nō est preter intentionē recte opantis, quā intēdit opus v̄tutis, ac p̄ hoc laude dignū. Tū q̄ laudandū esse ab euāgelice p̄fectionis viris, maximū est testimoniū boni operis pacti. Mōstrauit ergo dominus vnctionem illā non solum esse irreprehensibilem ⁊ p̄ponendā tunc curare pauperū, sed optimū fuisse opus: vtpote ⁊ dignū p̄petua laude, ⁊ qd̄ p̄petua esset prosequendū cōmendatiōe in dei ecclesia. Quorsum autē v̄ba q̄ solus Marcus interserit (scilicet qd̄ habuit hoc fecit) tēdāt, nō ē difficile videre: ad occultā siqdē spectāt tā Marie mentē q̄ ipsius dñi dignitatē. Murmurabāt discipuli de p̄ciositate vnguenti, respōdet dñs apud mulieris illius animū nō esse vnguentū hoc p̄ciosum: sed si p̄ciosius habuisset, p̄ciosius effudisset. tanti me facit: sed q̄ nō habuit p̄ciosius, qd̄ habuit hoc fecit. Nesci apte diceret, vos arguendā putatis de excessu, ⁊ tū secundū v̄ritatē dignitatis mee ⁊ rectā fidē ac deuotionē huius mulieris excusanda est q̄ nō plus fecit, sed hoc qd̄ habuit fecit. Est igitur hec domini sententia ⁊ ad Marie opus cōmendandū ⁊ ad discipulos confutandū nō impertinens sed opportuna. Nec de prima quæstione.

Circa Secundam questionem de verbis domini ad discipulos tēpore passiōis imminētis (quando misit vos sine sacculo ⁊ pera, nunquid aliquid vobis defuit? dicunt ei nihil, ait illis, sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter ⁊ peram, ⁊ q̄ non habet gladiū, vendat tunicam et emat gladiū: oportet em̄ impleri de me ⁊ cū sceleratis reputat⁹ est) quæstio non spernenda consurgit, quo pacto hec verificentur ad literam. Quandoquidem oportet ea ad literam verificare: quoniam ⁊ dominus ad literam loquitur de sacculo ⁊ pera, vt patet, ergo ⁊ de gladio: ⁊ discipulis de gladio ad literam intelligentibus ⁊ respōdentibus ecce duo gladij hic, annuit dñs dicens, satis est.

Literalem igitur sensum intuendo, admiramur hanc domini doctrinam. Primum quia videtur instruxisse discipulos vt sumerent arma defensiva pro sui defensione in imminente sibi persecutione Iudeorum: dum vendendam etiam tunicam pro emendo gladio consulit, ⁊ passionem propriam pro ratione assignat, quia ipse vt iniquus tractandus est: sicut ⁊ fuit tanquam latro quesitus ⁊ captus, ⁊ demum cum latronibus crucifixus.

Deinde quia videtur docuisse discipulos vt tempore persecutionis arma similiter caperent defensiva: hoc enim sequitur ex exemplo sui. Si enim contra persecutionem ipsius capitis sumenda sunt arma, consequens est vt contra persecutionem membrorum armati progrediamur: exemplum inquit meum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci ⁊ vos faciatis. Mentum aut horum bene sonat, sed christianorū pias aures offendit. Et vtrunq; a gestis Christi ⁊ sanctorū in suis persecutionibus disponat: vt patet.

Ientaculi primi questio secunda.

Videtur deniq; doctrina hec reuocare precepta prius ab ipsomet discipulis data: scilicet si quis percusserit te in vna maxillam, prebe illi alteram: et similia. Et confirmatur: quia sicut mutauit hic dñs preceptū de non portandis sacculo et pera, olim prohibendo nunc concedendo, ita cōsequenter dicendū est quod mutauit precepta olim data de omittenda defensione armata, procedendo discipulis vt si cōtra eos insurgerēt homines resisterent armata manu. Cōstat autē hoc predicatorib; euangelicis, quales erant apostoli quibus loquebatur dñs, non cōuenire: quāuis imperfectioris vite christiānis licitum sit.

Ad hanc Questionē respondendo, dicit q; hec dñi vba ad literam non dirigebātur ad defendendū dñm Jesum in imminēte sibi psecutione: nec discipuli intellexerunt sumenda sibi fore arma p defensione Christi. Manifesto vtrunq;. Et primo psumū ex tribus. Primo ex eo quod simul eandē protulit sententiā de rebus tribus: scilicet sacculo in quo portatur pecunie, et pera in qua portant victualia, et gladio quo protegimur ab inuasoribus. Cōstat autē quod ad persecutionē illā nō erat opus sacculo neq; pera: quū ipsi nō essent persecutionem passuri, sed seruandi ab ipso dño erant solo vbo, si ergo me queritis sinite hos abire, et ipse dixerat, quos dedisti mihi, non perdidisti eis quenquā: vt Ioan. testatur. Sicut igitur nō dicebat vt tunc sumerent sacculū et peram, ita nec dicebat vt sumerent tunc gladios.

¶ Secundo ex eo qd dicētib; discipulis ecce duo gladij hic, respondit satis est. Si enim intendisset q; tunc sumerent arma, nō dixisset satis esse ad defensionē sui: constat namq; nō satis esse q; duos habere gladios dic

Ientaculi primi questio secunda. Vñ

kerint ad defensue armandū viros vñdecim cōtra cohortem Pilati ⁊ ministros iudeorū cum gladijs ⁊ fustibus. Et similiter pstat nō satis esse necessitari tante vt vendenda esset tunica ad emendū gladium, habere duos gladios inter tot psonas, si propter iminentem tunc psecutionem debuissent tunc singuli nō habentes gladiū venderetunicā vt emerent gladiū. Quia igitur dixit satis esse, monstrauit se nō requirere gladios defensiuos sui cōtra psecutionē iminentem.

Tertio ex eo qd̄ Petrū qui non expectata dñi respōsione gladiū pro magistri defensione eduxit cōpescuit: cōuerte inquit gladiū tuum in vaginam. Si em̄ intēdisset instruere vt pro eo gladio pugnarent, non retraxisset discipulum gladio pugnantem.

Clarissime quoq; hoc idem patere pōtest ex voluntaria passione (vnde tunc etiā dixit, an nō possum rogare patrem meū, ⁊ exhibebit mihi modo plusquā duodecim legiōes angelorū) ⁊ mille locis scripture. Sed hec sint allata ex illo proprio loco, in illa materia, ⁊ in illa sententia.

Secundū autem (scilicet quod discipuli non intellexerint de gladio sumendo pro defensione Christi) habetur ex eo quod venientibus satellitibus ad capiendū Christū, discipuli videntes quod futurū erat interrogauerunt dñm, dñe si percutimus in gladio? Si enim intellexerint instructos se fuisse vt gladio pugnarent pro defensione Christi, non dubitassent, nō petissent dñe si percutimus in gladio? Nō igitur intellexerunt domini vba apostoli ad hunc sensum, vt pugnaturi gladio essent pro defensione Christi.

Ad quid autē pdixerint ecce duo gladij hic, post dicitur: sicut etiā manifestabitur cur dñs meminerit per

Ientaculi primi quæstio secunda

secutionis sue non loquens de sui defensione.

Quia igitur dñica hec vba ad ipsius dñi defensionē nō dirigi manifestū ex litera est, psequens est vt ex ipso euangelij textu l̄alis sensus sumatur. Prenota ergo in hac l̄a quattuor. Prīmū est diuersitas t̄pis p̄teriti ⁊ p̄ntis, denotata p̄ li quādo ⁊ li sed nūc: ait em̄ saluator qm̄ misi vos, ⁊ subdit, sed nūc. Scdm̄ est officiū p̄dicatiōis, de q̄ sit mētio scdm̄ p̄teritū tēp̄, ⁊ nulla sit de eo mentio in p̄nti tpe: ait em̄ saluator, qm̄ misi vos, p̄cul dubio ad p̄dicandū: vt patet in euāgelij historia Mat. Ioan. ⁊ Mar. vi. Et quū dicit, sed nunc q̄ habet sacculū, nihil dicit de missione ad p̄dicandū. Tertū est p̄tatiōe huius doctrine assignari q̄ ipse dñs cum iniq̄s deputandus tunc erat. Quartū est modus dicēdi: q̄a scilicet nō dirigitur nouus sermo ad ap̄los in sc̄da p̄sona, vt olim dixerat, nō enim dicit, sed nunc tollite sacculū ⁊ perā ⁊ emite gladios, vt olim dixerat, nihil tuleritis in via nō sacculū ⁊c, sed ad tertiā p̄sonā p̄uertendo sermonē dicit, sed nunc q̄ habet sacculū, tollat similiter ⁊ peram: ⁊ q̄ nō habet v̄dat tunicam ⁊ emat gladiū.

Ex his habētur primo duo t̄pa: scilicet p̄dicatiōis ⁊ p̄secutionis, nō cuiuscunq̄ sed illius q̄ Christi discipuli cum iniq̄is reputandi essent, ad designandū siq̄dem talis p̄secutionis tempus, p̄posuit talem p̄sonā in p̄sona sua: p̄pter qd̄ nō meminit crucis aut mortis, sed deputatiōis cum iniq̄s. Habentur sc̄do duo genera Christianoz: scilicet predicatorum in apostolis, ⁊ aliorum minus perfectorum in tertiā p̄sona significatoz.

Intendit igitur ad literam dñs docere, q̄ mandata data olim de non vebendo sacculum ⁊ perā, ad temp̄ p̄dicatiōis spectant, tpe aut̄ p̄secutiōis ⁊ p̄cipue quādo reputabantur vt iniq̄, licitū erit cuiuscunq̄ volenti,

Tentaculi primi quæstio secunda: viij

munire se & sacculo & pera & gladio defensiuo. Et diuersitatis ratio in præoptu est: quia quum licitum est ad prædicandum ire prædicationis officio incumbere, & inueniuntur necessaria, retribuuntibus auditoribus temporalia, & spiritualibus, & sicut de necessarijs ita nec de vita debetis esse solliciti, tempore vero quo christiani ut iniqui reputabuntur, non inueniuntur qui retribuunt pro spiritualibus temporalia: & sicut de pecunia & victu licitum erit curam habere, ita etiam de vite conseruatione, quæ per gladium aduersus inuasores conseruari quandoque potest. Est ergo sermo dominicus de tempore persecutionis indeterminate, & similiter de discipulis indeterminate: ita quod illud aduerbium temporis nunc non demonstrat determinate illud tempus passionis Christi, sed indeterminate tempus persecutionis precipue quando reputabuntur iniqui: & similiter illud relatiuum quod, non refert determinate apostolos, sed indeterminate christianum, & docet quod tempore persecutionis licitum est curam vite, victus & pecunie oportune suis discipulis habere.

Et bene nota quam optime respondeant noua hec christi documenta præscis. Etenim sicut documenta priora (scilicet nihil tuleritis in via) non sunt mandata, sed libertates edendi & bibendi quæ apud auditores verbi dei sunt, ita documenta hec non sunt mandata sed libertates curam gerendi vite & oportunoꝝ. Docuit enim pius magister licita ambo esse, præsuluit autem ut facerent sicut ipsum videbant facere. Et apostoli quidem ac sancti perfectionis vite imitati sunt gesta domini: imperfectiores autem videntur libertate sibi a domino declarata.

Ad obiecta autem quæ quædam oportet respondendo, dicitur quod dominus deputationem suam cum iniquis pro ratione attulit duorum. Primo temporis per

Ientaculi primi questio secunda:

secutionis et non sine defensionis. Ac si aperte diceret, et
quo ego cum iniquis deputabor, tempus erit ut et mea
membra cum iniquis deputentur. Secundo necessitatis,
quasi dicat. Tempus erit quo indigebitis his auxilijs
quia ego ipse relinquer deputatus cum iniquis. Si enim
ego destitutus ero, ita ut cum iniquis deputer ad mor-
tem, mei quoque discipuli deferentur similiter: et ideo con-
cedo volentibus recurrere ad huiusmodi humana ad-
minicula, uti posse illis. Apostoli autem tanquam non ple-
ne penetrantes verba domini (quoniam adhuc non erat eis aper-
tus sensus ut intelligerent scripturas, et pari ratione ver-
ba dominica) dixerunt. Ecce duo gladij hic, tanquam
aliquid pertinens ad propositum sermonem de necessitate
gladij: quum tamen impertinens esset responsio ad in-
tentionem Iustitiae. Unde et dominus non respondit, tollite il-
los gladios vobiscum: quos non secum sed ibi esse dixerat,
Nec respondit satis sunt, scilicet duo gladij: sed imp-
sonaliter dixit satis est, et doctrine huius mee et sollicitu-
dini vestre, ac si iuxta usitatum loquendi morem diceret,
sufficit haec locutio, deponite hanc sollicitudinem. Et ve-
re sic erat agendum, quoniam verba dominica dicebantur ad
hoc, ut post passionem domini imperfectiores et in casu
quando expediret etiam perfectiores, libertate hac vter-
rentur. Clarissime itaque patet quod non est dominus hortan-
tus discipulos ad sumendum gladios pro ipsius domini de-
fensione. Sed quod nec consuluerit discipulis suis ut sume-
rent defensiva arma contra suos invasores, patet ex di-
ctis: quoniam aliud est concilium dare, aliud est docere quid
licite facere possent. Consuluit siquidem ipse discipulis
facto sui exempli ut arma non sumerent defensiva, tum re-
trahendo Petrum a percussione, tum aperiendo quod plusquam
duodecim legiones angelorum haberet in promptu si vel-

Ientaculi primi quæstio secūda. 1x

let illis utitur, tum volūtarie patiēdo se tanquā latro-
nem capi, et cum iniquis deputari ad mortem vsq;
crucis. Et hoc imitandū intellexerunt apostoli: iux-
ta illud Petri. *Christus passus est pro nobis, vobis
relinquens exemplū vt sequamini vestigia eius.*

Docuit vero dictis verbis licere et in pfectionibus,
ad miniculis se hūanis tēpore psecutionis fulcire,
nō solum sacculi et pere sed gladij defensiuī, et perfe-
ctionibus in casa quo expediret ad humane p̄fuge-
re subsidia. Hac nāq; doctrina fretus apostolus
Paulus, ad ad miniculū hūane appellatiōis ad ce-
sarem confugit quādo expedire iudicauit. Et rur-
sus a parata contra ipsius vitā p̄spiratione Iudeo-
rum, tribuni ope se eripi procurauit: q̄a similiter ca-
sus erat in quo expediebat sic suam corporalē vitā
adiuare. Nihil ergo dissonans sanctorū gestis, do-
cuit dñs noster: sed id qd̄ in casu etiam a perfectio-
ribus fieri inculpabiliter posset, dignatus est p̄ se
ipsum manifestare. **P**atet quoq; ex dictis nō esse
p̄iora dñi precepta per hanc dictrinā reuocata: sed
declaratum est q̄ p̄isca illa de volūtarie patiētie
operibus, nō sic sunt intelligenda quin pro loco et
tēpore liceat *Christi* discipulis modo rata require-
re hūana ad minicula. Ex hac nāq; doctrina dñi
iuncta priori didicimus p̄sideranda esse loca, tem-
pora ac occurrentia, et qñ expedit prebere p̄cutienti
alterā maxillam, et qñ expedit tueri adiuuare nos-
p̄os. Nec est vez q̄ reuocata sint hinc documen-
ta p̄iora de nō portandis sacculo et pera: sed docu-
mentis illis adiuncta sunt alia concernentia aliam
temporis dispositionē. Ita q̄ hec iuncta illis docēt
nos, q̄ qñ expedit sine sacculo et pera, et qñ expedit

B

Ientaculi primi quæstio tertia.

cum sacculo ⁊ pera pcedamus: ⁊ q̄ illud p̄cipue tē-
pore p̄dicationis seruandū intelligamus, hoc autē
tpe necessitatis. Et hec de secunda quæstione.

Circa tertiā quæstionē de respōsiōibus
dñi nostri Iesu Christi corā quat-
tuor iudicibus, occurrit primo duplex admi-
ratio corā Anna. Altera est de respōsiōe q̄d me
interrogas: nā apparet ⁊ supflua ⁊ nō decens p̄so-
nā illam tunc. Supflua q̄dem: q̄a interroganti pō-
tifici Iesum de doctrina ⁊ de discipulis eius, suffi-
ciebat dixisse doctrinā suā esse publicā, ⁊ propterea
examinandos esse publicos testes q̄ audierāt docē-
tem, ⁊ nō oportebat apponere, q̄d me interrogas:
Indecens autē: q̄a dñs Iesus tunc se gerebat vt sub-
ditū: nō est autē subditi arguere iudicem, p̄esertim
de defectu tam paruo, scilicet q̄ nō debebat ipsum
interrogare de doctrina tā publica. Et hec indecē-
tia tāta visa tūc est, vt p̄terea vnus ministroꝝ p̄cusa-
ferit dñi maxillā dicens, sic respōdes p̄tifici?

Altera est, de ista respōsiōe data p̄cussori, si male
locutus sum, testimoniū p̄hibe de malo, si autē bene
cur me cedis: Videtur dñs nō seruasse p̄siliū q̄d di-
scipulis dederat, si q̄s te p̄cusserit in maxillā, p̄be-
ei alterā, nō solū namq; nō p̄buit alterā, sed p̄tra-
p̄cutientē argumēto ratiōis insurrexit: debebat enī
ipse seruare quod seruari ab alijs voluit.

Occurrit secūdo admiratio similis corā Caiapha
pro quāto adiurat⁹ dñs vt diceret si ipse eēt Messi-
as, nō solū respondit se esse Christū, sed adiunxit a-
modo videbitis filiū hominis sedentē a dextris dei
⁊c. Apparet siquidē supflua hec appositio. Nā si
oportuna fuit, aut, p̄pter ipsos pontifices ⁊ senioꝝ

Ientaculi primi quæstio tertia

2

res. Et hoc nō: tum q̄a dñs dixit tunc q̄ ipsi audiētes se esse Ch̄m, nec crederēt nec ipsum dimitterēt: tū q̄a ex hoc facti sunt peiores, dicētes, blasphema uit, reus est mortis &c. Aut, p̄pter alios, & hoc nō: tū q̄a alij iā alias hanc doctrinā de aduentu Ch̄i ad iudiciū audierāt: tum q̄a ibi nō erant alij, nisi forte ministri, q̄ etiā p̄sequebantur dñm: vt patet de ministris & ancillis infestis Petro.

Occurrit tertio admiratio corā Pilato quadruplex quattuor dñi v̄ba ad Pilatū. Prima est circa illam respōsiōnē, a temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerūt de me? Apparet siquidē impertinens, vt interroganti Pilato Jesum, tu es rex Iudeorū? respōdeat, si a temetipso hoc dicas, nō enim videtur quomodo hoc spectet ad p̄positā interrogatiōnē, aut quorsum tendat. Secunda est circa respōsiōnē subiunctam, regnū meū non est de hoc mundo.

Videtur em̄ q̄ dñs voluerit se iustificare corā Pilato: tanq̄ diceret, q̄ ego nō me impediō de regno huius mundi, de quo accusor. Hoc aut nō apparet consentaneū esse spontanee oblationi sui ipsius ad patiendū & subeundā sententiam mortis & crucē: q̄ enim studet corā iudice iustificare suā causam nō querit cōdemnari, sed potius euadere.

Tertia est circa appositā v̄ba. Ego in hoc natus sum & ad hoc veni in mundū, vt testimoniū phibeā veritati &c. Mā appositio ista ad aliquod triū ordinata est. Vel ad iustitiā suā aperiendam, & hoc vt dictum est, videtur inconueniens: q̄a non consonat tam voluntarie passioni. Vel ad instruendum Pilatū: & hoc erat superfluum: quia ille gentilis erat, & principium conuertendi ipsum non erat hinc

B ij

Ientaculi primi quæstio tertia,
sumendum. Vel ad propositam materiam de qua
erat sermo, scilicet de regno suo. Et hoc nõ apparet
quomodo veniat ad propositum, et qua fuerit prin-
dentia dictum.

Quarta est circa vltimã dñi respõsionem ad Pi-
latũ, nõ haberes aduersus me potestatem vllã nisi
tibi desuper datũ esset etc. Apparent em̃ minus des-
centia vba, tum q̃a satis generalia, pro respõsione
darẽtur Pilato dicẽti, mihi nõ loqueris, nescis q̃a
potestatem habeo crucifigere te et potestatem ha-
beo dimittere te? Tum quia nihil nouũ aut ignotũ
aut necessariũ sonantia, vt propter ipsa dicenda do-
minus silentiũ ceptum rũpere deberet: q̃s enim ig-
norabat Pilatum habere potestatem a superiori,
quum p̃staret q̃ non erat princeps, sed preses depu-
tatus a Romanis. Tum q̃a incõpacte iuncta cum
sequentibus: scilicet p̃pterea q̃ tradidit me tibi ma-
ius peccatum habet, in q̃ nanq̃ p̃municet hec sen-
tẽtia de maiouitate peccati cũ precedẽte de potesta-
te Pilati, nõ apparet, et multo minus apparet quo-
modo hec ex illa inferatur cũ nota causalitatis: vt
in litera fit, inferendo, p̃pterea q̃ tradidit etc.

Occurrit quarto admiratio coram Herode, cur
interrogatus dominus ab Herode in multis ser-
monibus nullũ vbum protulit: quũ tamen spes eẽt
boni aliqd efficiendi apud Herodem q̃ fidem Iu-
deoz profitebat, et de ipso scriptũ est q̃ libenter Jo-
annem baptistam audiebat, et audito eo multa fa-
ciebat, et euãgelista dicit q̃ tunc gausus est viso Je-
su, et q̃ multo tempore disiderauerat ipsum videre
etc. Ex his enim videtur q̃ rationabilius fuisset, q̃
dixit Pilato gentili, dicere Herodi fideli: vtpote

qui de Messia fidem habebat &c.

Ad questionem Hanc de responsionibus dñi, respondendū est ordine quo pcessit ambiguitatū series. Unde a verbis dñicis coram Anna pontifice inchoādo dicitur, illa dñi vba ad Annā qd me interrogas, non superflua nec indecentia sed oportuna decētiaq; illū tunc fuisse. Que vt clare intelligas, perspice dñm vidisse in interrogatione a pōtifice facta duo implicari: scilicet rem & personam. Res de qua interrogatio fiebat, erat doctrina cū discipulis, persona aut interrogata erat ipse Iesus. Et quo ad vtrūq; oportuit dñm sua responsione satisfacere. vnde de doctrina respondit primo q̄ erat in publico posita, tū ex loco publico, synagoga scilicet & templo, ita q̄ locus nō solū erat publicus, sed publicus ad officium docēdi: doctrine siquidē publice locus erat templū aut synagoga, Tum ex frequentia p̄m̄ni: quia illuc omnes iudei cōueniebāt. Tum ex utilitate temporis: q̄a semper, quando scilicet tempus docēdi exoptulauit: qm̄ in templo in tēplo: & quando in synagoga in synagoga. Tum ex utilitate dīctorum: q̄a in occulto locutus sum nihil. Deinde dixit q̄ essent de sua doctrina interrogandi, dicens interroga eos q̄ audierunt. Et protulit vniuersos vt publicos testes, nō mortuos, non absentes, nō nescios aut immemores, sed presentes & scientes: ecce inquit ipsi sciunt quid dixerim.

Quo ad personam vero interrogatā respondit, quid me interrogas? Quod dupliciter exponitur. Vel qd hoc est cur me interrogas. Et sic petit causam nō quare pontifex interrogat, sed quare inter-

B iij

Ientaculi primi quaestio tertia,

rogat ipsum Iesum de doctrina: quoniam non apparet causa quare ipse Iesus debeat interrogari de sua doctrina quae est in publico posita, ac per hoc interrogandi sunt illi qui audierunt et sciunt illam: sicut si doctrina fuisset posita in libro, non esset auctor interrogandus de doctrina qualis est, sed liber examinandus. Nec haec petitio dedecerebat subditum: quoniam Iob petitionem similem deo porrexit, indica mihi cur me ita iudices. Et iuxta hunc sensum quia Annas interrogauerat de doctrina publica dominum, qui non debebat ante examinatum ab aliis doctrinae qualitatem examinari, ideo humiliter subditus dominus petit causam quare ipse examinatur: ut si forte ex cause manifestatione oporteret aliquid respondere posset parere. Et sic verba haec decetia et opportuna inueniuntur.

Uel quod me interrogas: hoc est quod est quod a me interrogando scire queris. Et sic petit rem interrogatam: sicut Saulus petit a Chasto rem preceptam dicens, domine quod me vis fecere. Et iuxta hunc sensum superponebat humilis subditus pontificem interrogare ipsum de aliquo quod oporteret ab ipso Iesu nosse, et non de his quae oportet aliunde cognosci: ac per hoc quia interrogatio de doctrina, pro quanto querebat qualitatem doctrinae ad alios spectabat qui audierant, et non apparet per quo alio articulo spectaret ad ipsum Iesum ideo humiliter petit, quid me interrogas. Ac si aperte diceret, quia non apparet quid est illud quod ego interrogatus respondere debeam, aperiri quid est quod a me scire vis: forte enim aliquem particularem articulum pontifex manifestasset se querere, ad quem responderet. Et sic percipere clare potes non solum opportunam ac

Ientaculi primi quæstio secūda xij

decentē, sed humilē reuerentēq; fuisse hanc dominicam responsionem, quamuis pontificis minister si milis suo pōtifici arguerit illam superbie: nec dignum arbitrans dominum Iesum vt etiam peteret quod ad seipsum spectabat posse, vt nosset pontifici satisfacere.

Ad alteram autem admirationem de responsione data percussori, respondetur quod dominus Iesus ita exhibebat se subditum et patientie exemplū, vt meminisset se esse doctorem mundi. Docuerat discipulos vt patienti vnam maxillam pberent alteram: et nisi ipse dignatus fuisset interpretari sua documenta (quod scilicet intelliguntur pro loco et tpe, et nō in omni tempore, loco, euentu, negotio etc.) quōs crederet interpreti alteri? Si ipse dominus pberisset alteram maxillam, quis se vnquā verū Christi discipulū credere potuisset, nisi semp et vbiq; simile qd fecisset? et similiter nisi tollenti tunicā dedisset et pallium? et sic de similibus. Nōdo autem vbi dominus facto suo non prebuit alteram maxillam, interpretatus est documenta sua huiusmodi non semper et vbiq; debere exequi, sed pro loco et tempore etc.

Oportuit ergo dominum respondere et non prebere alteram maxillam, propter nostram doctrinam.

Respondendo quoq; auctoritatem iustorum sepra su os persecutores in se monstrandam suscepit, arguēdo percussorem quod nec in modo loquendi excesserit, dicēs si male locutus sum, non dixit si malum locutus sum, sed si male: quia etiam ille reprehenderat ipsum de modo loquendi, dicens sic respondes. Undiq; ergo docemur in hac dominica responsione: dum et documenta interpretata.

B iij

Ientaculi primí questio tertia.

et auctoritatem iustorum insinuatā ab ipso nostro capite habemus. Et si queratur cur non responderit dñs aliquid ad interrogationē de discipulis, dici potest vel q̄ responsio de doctrina erat quoq; responsio de discipulis; quoniā ex qualitate doctrine pendet qualitas discipuloy. Vel q̄ percussio malle interruperit responsionē dñi interrogantis qd̄ me interrogas?

Ad admirationem De v̄bis dñi coram Laipha, a modo videbitis filiū hominis etc. dicitur q̄ summe necessaria tunc fuerunt, et p̄ter totum mundū, et p̄ter ipsos pontifices ac seniores, vt inexcusabiles se nosse possent. Ad cuius clariorem intelligentiā, sciendum summarie est fuisse a prophetis de Messia predicta sex. Primū de vita sancta; p̄ter qd̄ miserunt ad Joannem bapistam querēdo si ipse erat Christus, Secundū de doctrina diuina; p̄ter qd̄ etiam Samaritana dicebat q̄ Messias docturus esset omnia. Tertiū de miraculoy multitudine et excellentia; propter quod Iudei dicebāt. Christus quū venerit, nunquid plura signa faciet quam que hic facit? Quartū q̄ ipse esset redempturus et saluaturus populū Israel, p̄ter quod vsq; hodie Iudei expectāt Messiam, vt educat eos de captiuitate et magnificet eos. Quintū q̄ ipse esset rex potentissimus, immo rex regum et dñs dominantū. Vnde magi quesierunt, vbi est q̄ uatus est rex Iudeoy? et nathanael et turba in die palmarū Christū regem appellarunt, Sextum q̄ ipse paup̄ humiliq; p̄uersaturus esset cū hominibus, et morte turpissīma cum sceleratis puniendus. Vnde dñs discipulis Joannis re-

Ientaculi primi quæstio tertia xiiij.

spondens de seipso, post enūerata potentie sue miracula, estimationē pauperū et mortis sue ignominiam subiunxit dicens, pauperes euāgelizātur, et beatus qui non fuerit scādalarizatus in me, scilicet ob mortem meam. Quia igitur hec de Christo predicta fuerant, et in ipso dño conspiciebantur impleta tria prima, et tertium p parte executum et preliqua pte scilicet passione et morte tunc inceperat et fiebat, restabat ut de alijs duobus (scilicet quarto et quinto) dominus manifestaret pontificibus qui in ipso erant implenda. Et quia erant implenda post resurrectionem suā et non tunc, ideo dñs et hec implenda, et ordinē simul monstrare dignatus est dicens quod ipse venturus iterum est cū gloria et potestate a dextris dei etc. ubi se saluatorem et regē omnium aperuit. Et dicens, ex hoc autem erit filius hominis, monstrauit quod intercedente passione et morte exaltandus esset ad dexterā dei et venturus cū gloria. fuit igitur valde necessarium, ut dñs mysterium duorum aduentum suorum aperte distingueret, et ad primū spectare vite sancte, paupis, hūilis etc. conuersationē cū hominibus, cū diuine doctrine et miraculorum excellentia et passione ac morte ignominiosa, ad secundum vero resurrectionem saluationem manifestam non solū animarū sed corporum, regiam dignitatem, dominium vniuersale etc. insinuaret. Tum propter omnes qui audirent salutem per euangelium: quia mysterium duorum aduentuum occultum valde erat, intantum ut etiam demones videatur latuisse: nam si cognouissent, nunquam dominum glorie crucifixissent. Tum propter ipsos senes, quia tunc dñs conspiciebatur ita abiectus, subditus, derelictus, ut nec cogitabile videretur quod ipse esset futurus

B v

Ientaculi primi quæstio tertia.

rex potentissimus saluaturus populum. Et ideo p̄
monuit tunc eos q̄ p̄ hanc abiectiōē ac subiectio-
nem transiturus erat ad dexteram dei ⁊ iudicatur⁹
orbem cum potestate ⁊c. vt sic quantū in se erat in-
strueret pontifices ⁊ seniores. vt si vellēt possent re-
sispicere. nullamq; excusationem ignorantie preten-
derent quare non aperuit nobis mysterium duorū
aduentuum Messie. quum interrogauerimus ⁊ ad-
iurauerimus eum. Eratque tunc oportunum tem-
pus manifestandi mysterium hoc. quando interro-
gatio ⁊ adiuratio facta a pontificibus ⁊ optimati-
bus. responsionem nō habuisset completam ⁊ cla-
ram nisi duorum aduentuum mysterium fuisset a-
pertum. ⁊ quando opus tunc quod exercebatur.
vt verbo manifestaretur exposcebat: tunc enim q̄
causa Jesu quasi impij iudicabatur. meruit vt cau-
sam ⁊ iudicium vniuersi orbis acciperet.

Ad admirationem Loram Pilato quadruplicē iu-
sta quattuor dñi verba dicitur ordinate.

Et ad primam de illis verbis. a temetipso hoc
dicitur. respondetur q̄ ratio verborum fuit vt Pilat⁹
gentilis capax fieret responsionis dande ad questio-
nem ppositam. tu es rex Iudeorū. Oblataq; Jesu
nihilominus rationalis est occasio interponē-
di hec verba. antequam responderet ad quesitum.
Occasio siquidem fuit: quia Jesu domino intro-
ducto in pretorium. pontifices manserunt extra. ne
cōtaminarentur ingrediēdo domū viri gētilis durāte
solēnitate paschali: ⁊ Pilatus ceremonijs eorū pdesce-
dēs exiit ad eos. auerturus quā accusationē affer-
rent aduersus Jesum. pōtifices autē accusauerūt eū

Ientaculi primi quæstio tertia: xiiij.

¶ **Q**uod se **C**hristum regem fecisset: **P**ilatus autem ingressus in
procurium sine **J**udeis, interrogavit **J**esum tu es rex in
deorum? Quia igitur dominus **J**esus absens fuerat quum fue
rat accusatus a **J**udeis, occasione rationabile habu
it querendi a **P**ilato, an ex se an ex **J**udeorum ore inter
rogatione hanc faceret. ¶ **R**atio vero verborum talium fu
it, ne **P**ilatus falleret a seniorum **J**udeorum callida accu
satione usurpati tituli regis. Si enim **P**ilatus ex se ipso
de regio titulo inquireret, quum **P**ilatus esset gentilis et
nullum reputaret hominis regnum nisi de hoc mundo,
interrogando tu es rex **J**udeorum? Plane interroga
ret de regno **M**sidano et rege quales sunt alij reges
et non oportuisset dominum respondendo loqui de regno
quod non est de hoc mundo, sed aliter respondere.
¶ **S**ed ubi **P**ilatus interrogat ex accusatione **J**udeorum
quod ipsum ideo regem dicebant se fecisse quia dicebat se
Christum, et regnum **M**essie non erat de hoc mundo
ideo prudenter dominus antequam responderet, interposuit
an loqueretur ex se an ex ore **J**udeorum: ut confitens **P**i
latus se loqui ex ore **J**udeorum, intelligeret propriam vo
cem, audiendo a domino equiuocationem regni inter re
gnum **M**essie de quo loquebatur **P**ilatus ex ore **J**udeo
rum nesciens propriam vocem, et regnum mundanum de quo pu
tabat **P**ilatus accusationem fieri: et sic capax fieret re
sponsionis furure. ¶ **T**anquam audisset, tu putas facere
officium tuum inquirendo de usurpato titulo regio
secundum regna huius mundi, scito quod regnum **M**essie
de quo accusant me **J**udei, non est tale.

¶ **A**d secundum autem de verbis illis, regnum me
um non est de hoc mundo, dicitur quod aliud est in
stificationi cause sue studere ut enadatur sententia,
et aliud est instificare causam suam quantum sufficit ad

Ientaculi primi quæstio tertia,

tollendam apparentē occupationem scandali. Dominus Iesus corā Pilato nō studebat iustificatiōi cause sue vt non dānarēt, q̄ ad hoc venerat vt morte turpissima afficeretur: sed quoniam ex hoc ipso q̄ seipsum affirmauerat Chriſtū ac p̄ hoc regem, nō nulla occasio poterat apparere Pilato gentili cogitandi q̄ dñs Iesus aspiraret ad regnū Iudeorum ⁊ ideo p̄dicaret populo, ideo dñs Iesus hanc que apparere poterat scandali occasionem tollere curauit, distinguendo regnū Messie seu suū a regno aliorum regum penes causam ⁊ effectū. Penes causam quidem: q̄a regnū eius non est de hoc mundo, non dixit non est in hoc mundo: sed non est de hoc mundo. Regnum enim aliorū est de hoc mundo. Nam est aut a natura. Et hoc vel vt regnū patris familias, q̄ naturaliter est rex in domo sua: vt in principio mundi erat. Vel vt regnū eorum q̄ nascuntur reges hereditario iure: vt filij ⁊ heredes regū. Aut ab intellectu adiuto arte vel industria: vt sunt hi q̄ vigentes ingenio, industria multa se ad regnum p̄nebunt. Aut a potentia: vt tyranni. Aut a voluntate vt sunt hi q̄ p̄ electionem ad regnum pueniunt. Regnū omnium horū est de hoc mundo: q̄a ab his que huius mundi sunt causatur.

Sed regnū Chriſti non est ex hoc mundo: vt potest ex nulla huiusmodi causarum veniens. Sed vt apostolus p̄mulgauit, factus est obediens vsq̄ ad mortem crucis: p̄pter quod deus exaltauit illum, et dedit illi nomē quod est sup̄ omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, celestium, terrestrium et infernorum, et p̄pterea dñs dixit Pilato, regnū meū non est de hoc mundo. Et manifestauit hoc ex

Ientaculi primi quæstio tertia. xv

effectu: quia si ex hoc mundo esset regnū meum, ministri utique mei decertarent ut nō traderet Iudeis. Si quererem regnare, fecissem ut ministri mei, sequaces mei decertassent, et adhuc decertarent ut nō traderer voluntati Iudeorum: quod tam longe fuit, ut nullus unquam nec Ioseph ab Arimathea nec Nicodemus nec Lazarus nec quispiā unicus etiam vobis certauerit pro Iesu, pendente eius causa corā Pilato. Itaque ex hoc effectu percipere facile potes Pilate quod regnū meum nō est de hoc mundo, quod nō querō populū auertere ut regem me habeant. Et ex hac dñi sententia in tantum apparētia scandali in mente Pilati sublata est, ut exierit ad Iudeos dicens se nullam causam mortis inuenire in eo.

Ad tertiam admiratiōem de subiunctis verbis, ego in hoc natus sum et ad hoc veni in mundū, ut testimonium perhibeam veritati etc. respondet quod hec verba ordinantur ad propositam materiam de regno Christi: et ad idem tendunt quo priora verba. Et sunt convenientissime inducta et ex parte materie de qua erat sermo, et ex parte persone ad quam sermo dirigebatur. Ex parte siquidem materie: nam sermo erat de regno nō ex hoc mundo, et quod Iesus esset rex non ex hoc mundo. Nec autē figmenta reputantur a sapientibus huius mundi, et tanquā ficta ab his qui religionis curā gerunt, propter populos et c. et ideo dñs veritatem proponit se a deo tueri, ut venerit in mundū non ut adiunctiones humanas perdicet, sed ut veritati testimonium perhibeat. Ex parte vero Pilati: quia oportet eruditorem, ex omnibus sibi et auditori et quantum potest ex gratis auditori procedere, ut sic capax fiat doctrine. Christo autem et

Ientaculi primi quæstio tertia

Pilato nō erat cōmunis ratio scripturarū nec religiōis cultus, sed solūmodo naturalis mens, ac p̄ b̄ veritatis amor: nihil enim cōmunius ac amabilius est hominibus secundū mentē quā sit veritas. Merito ergo a veritatis studio processit, suasurus viro gentili q̄ nō erat figmentum id quod de regno suo nō de hoc mundo dixerat. Duplicavit autē significationem ingressus sui in mundum, per natiuitatem ⁊ aduentum, dicens (ego natus sum ⁊ veni in mundū) propter duas in se naturas: vt homo enim natus est: vt deus vero venit in mundum, deus homo factus. Et quoniam testimonium Christi de veritate, nō erat ab omnibus suscipiendū fide debita, subiungit discernendo suscepturos a non suscepturis, ex diuersa habitudine ad veritatem dicens, omnis q̄ est ex veritate audit vocem meam. hoc est quicumq̄ amator, inquisitor, susceptor, tutorq̄ est veritatis, nō in hac vel illa materia (puta geometrica, physica ⁊c.) sed veritatis simpliciter, ita q̄ nulli vero repugnet, audit vocē meā: omnis siquidē talis est ex veritate, hoc est ex pte se tenet veritatis, ⁊ ex veritate venit tanq̄ exemplatū ab exemplari.

Conspicitur autem dñm apponere hec verba de auditōib⁹ suis, vt hinc posset intelligere Pilat⁹ duo, scilicet ⁊ qualitātē eorum qui audiebant ipsius domini doctrinam ⁊ sequaces illius erāt, q̄ scilicet erant homines nō vana sectantes, sed veritatē amantes ac sectantes: ⁊ qualitātē regni sui, scilicet q̄ est regnum veritatis. Ita vt dignatus sit dominus dicere de regno suo non solum negatiuam, scilicet nō est ex hoc mundo, sed insinuare affirmatiuam, scilicet q̄ est regnum veritatis: ⁊ simul articulum aliū a iu

Veritaculi primi quaestio tertia xvi.

deus obiectum (scilicet quod subuertebat ac seducebat
populū) tacite elidere eadē ratiōe qua articulū de
vsurpato regio titulo exclusit. Et ad innocentia di
scipulorū tuēdam. Ex hoc enim quod ipse soli veritati
operā dabat, et ex veritate erant quae eū audiebāt, mani
feste seq̄t̄ quod nulla erat seductio, nulla subuersio, nul
lus ad malū, nullus ad vana promocabat, sed tota
christi p̄dicatio, totū christi regnū, ex veritate et in ver
tate et ad veritatē erat. Poterat ex hac dñi sentētia
Pilatus occasione discēdi a tate fame magistro ac
cipere: sed quū interrogasset quid est veritas, non ex
pectata responsione exiit ad Iudeos: utpote quod non
curabat discere a Christo.

Ad admirationē demū quartā corā eodē Pilato
de r̄siōe illa, nō haberes aduersus me potestatem vllā
nisi tibi desup datū esset, dicit quod haec v̄ba dñi nō sunt
verba ḡnalia, sed singularissima ac valde nouā, oc
cultā singularēque christi innocentia significātia. In
ter christū em̄ et reliquos homines haec erat differen
tia, quod reliqui homines habebāt superiorē iudicē ex
duobus capitibus (scilicet et ex parte superiore: quia sic
a deo ordinatū est, iuxta illud apostoli. Omnis pote
stas a deo est: quia quae a deo sunt, ordinata sunt, et ex parte
inferiore: hoc est ex proprio peccato saltē originali, ex
quo incidit homo ut ab homine punibilis eēt) christi
autē quia nullius omnino peccati particeps erat
nihil ex parte sua habebat vnde potestas quaequāque hūana
haberet aliqd̄ contra eū: et propterea Pilatus ex se la parte su
p̄iore potestatem habebat aduersus eū. Singularissimā
ergo suā innocentia dñs significauit per hanc respōsio
nem dicens, quod nullam aduersus ipsum haberet
Pilatus potestatem, nisi ei Pilato datū esset desup.

Ientacula primi quæstio tertia.

Dixit desup, et non dixit ex Romano impio aut ces-
sarea auctoritate: vt pprehenderet prima causa, di-
uina scilicet dispositio cū secundaria que erat pote-
stas Romani imperij. Ac si aperte diceret, q̄ habe-
as cōtra me potestatem, nō est ex demerito meo, sed
quia es p̄ses. Et hinc optime cū nota cālitatis in-
feruntur sequentia v̄ba, p̄pterea q̄ tradidit me tibi
maius peccatum habet: p̄pterea q̄a, scilicet innocēs
ego sum, qui me innocētē tradidit tibi tanq̄ male-
factorē, maius peccatū habet. Tu quidē peccas sci-
ens q̄ p̄ inuidiam tradiderunt me tibi sacerdotes,
et non respiscens, sed illi q̄ causa principaliter sunt
maius peccatū habent. Et q̄ iuxta hunc sensum in-
tellexerit Pilatus dñi verba, testatur euangelista di-
cens, q̄ exinde Pilatus volebat dimittere Iesum:
ex audita quippe Iesu innocentia cū p̄prio peccato
mouebatur Pilati animus ad dimittendū Iesum.

Ad admirationem *Corā Herode,* quare dñs nō re-
sponderit. Dicitur q̄ euāgelista nullam explicans
specialē interrogationē ab Herode factā, sed p̄ v̄-
ba generalia narrans Herodē interrogasse domi-
num in multis sermonibus, simulq̄ narrans q̄ spe-
rabat videre miraculū aliquod a dño Iesu fieri, in-
sinuauit interrogationes Herodis nō fuisse iudi-
ciales sed curiosas: eadē etenim curiositate q̄ mo-
uebatur ad miraculum aliquod vidēdum, induce-
batur ad p̄ponendum dño questiones curiosas.
Et p̄pterea dñs sicut noluit vti potentia sua ad fa-
cienda miracula, ita noluit vti scientia sua ad satis-
faciendū curiositati herodis, instruens p̄ hoc nos
vt et potestate et scientia vtamur ad edificationem,

Ientaculi primi quæstio tertia xvij.

et non ad curiositates aut quascunq; alias vanitates. Non suberat ergo causa respondendi Herodi curioso, sicut affuit causa respondendi Pilato iudicialiter inquirenti: q̄ nescius de vero regno Messie poterat scandalizari, vt dictum est.

Tacuit ergo dñs coram Herode, vt haberetur et tractaretur ab Herode vt fatuus: quod et subsecutum est. Herodes quippe vir secundū mundū pendens, cōferens audita de Jesu ex fama et obiecta a pontificibus precipue q̄ faciebat se Messiam cū tanto Jesu silentio corā se interrogante in multis sermonibus q̄bus vsus potuisset ipsius Herodis benevolentia acquirere et tueri se p̄tra p̄secutores suos, ansam habuit cogitandi q̄ Jesus esset vanus (vt pote nō loquēs coram magnis viris, sed coram vulgaribus) et eo amplius q̄ viderat Joannē baptistam prudenter secū loquentē, Jesum autē nec ad interrogata sua respondentē cernebat, censuq; q̄ esset vt fatuus tractādus: et sic illudit veste alba.

Sed saluator altissimo p̄silio se illudi voluit: vt mū dus hinc videret q̄ non sapientibus huius mundi vjs, non astutijs non industrijs humanis traierit ad suam fidē mundū: sed vie eius ad conuertendum ad suū regnum mundū, fuerūt tales vt sit habitus fatuus a principibus et sapientibus huius mundi. Propter quod ab omnibus iudicibus voluit reputari immo tractari vt fatuus nō verbo sed multiplici facto illusiōis: nā a pontificibus et Herode et Pilato iudicatus et panitus est vt fatuus. Sciebat enim q̄ sapientie seu astucie maxime attribuit̄ facere se caput noue legis populorū, et ideo hāc de se opinionē auferre studuit tot proprijs derisiōib;.

¶

Ientaculi primi quæstio quarta
vt vel sic crederemus diuinū opus esse fidem Christi.
Hec de tertia questione.

Circa quartā quæstionem de scripta dñi Iesu
su causa (Iesus nazareus rex iudeorum) nonnulla dubitatio oritur. Tum
quia in multis, quattuor scilicet causis fuerat domi-
nus accusatus: scilicet de tributis nō dandis cesari,
de seductione populi, de blasphemia scilicet q̄ filiū
dei se fecit, et de lesa maiestate, q̄ se regem facere cu-
rabat. Tum quia de nulla causa legitur dominum
se iustificasse nisi de ista: scilicet de regno (vt patet in
euangelio) ac p̄ hoc minus videtur q̄ ista debuisset
scribi super crucem: vtpote purgata. Et confirmatur:
q̄a Pilatus q̄ scripsit causam postquā discussit
hanc causam, pronunciauit Iesum non esse reum
mortis: ac per hoc non esse reū lese maiestatis. Mi-
rum est igitur q̄ scripsit hanc causam,

No hec dicitur q̄ ex quattuor capitibus or-
portuit causam hanc scribi. Tum ex
parte pontificū, tum ex parte causarum, tum ex par-
te Pilati, tum ex diuina dispositione. Ex parte qui-
dē pontificū, alia fuit causa impellens eos ad mor-
tem dñi Iesu, et alia fuit causa quā posuerunt Pila-
to vt dñm Iesum dānaret. Mā causa monens pō-
tificum animos ad dñi Iesu mortem, fuit amor pro-
prie dignitatis et authoritatis, ne Romani tolles-
rent locum eorū. Quū enim temporibus illis multi
quasi prophete insurgerent, et populos ad se cōuer-
terēt, (vt Actu. v. Samaiel refert primo de Theodo-
date, et deinde de Iuda galileo: et de Iohanne bapti-
sta Iosephus dicit herodem ipsum cepisse q̄a time-
bat p̄cursum populi, qd̄ non solū potuit simul esse

Ientaculi primi quaestio quarta xvij

verum cū causa incestus relata ab euāgelio, sed con-
sonat euangelio: tū qā dñs audito casu Joannis se-
cessit, quasi causa cōmunis ei ⁊ Joanni fuerit, scilicet
ꝑcursus populoz ad eoz predicationē: tum qā
dñs Herodē vulpem appellauit, quasi astute ꝑse-
quentē Joannē predicatorem sub specie cōplacē-
di Herodiadi). Quia inquā tot cōcursus populorū
erant, timebant pontifices ne tantus populorū
concurſus ad dñm Jesum pareret aliquā nouitatē
ob quā simul cū tot alijs precedentibus cōsideratā
Romani tollerent pontificatū a Iudeis, ⁊ trans-
ferrēt gentē Iudeozū in alia loca, ob hanc causam
dixit Caiphas, q̄ expediret poti⁹ hominē mori ne
tota gens sic periret. Hac igitur causa in animo re-
tenta, pontifices excogitauerunt causam aliquam
qua possent inducere Pilatum ad interficiendū do-
minū Jesum, ⁊ adinuenerūt dictas quattuor cau-
sas, scilicet de prohibito censu cesaris, de auersione
populi, de blasphemia, de vsurpata maiestate. Le-
quoniam, in prima non habebant fundamenta ⁊ se-
cunda nisi coloraretur vt via ad quartam nō suffi-
ceret ad penā mortis, de tertia autē Pilatus nō se in-
tromitteret (vtpote de ꝑtinentib⁹ ad q̄stiones legis
Iudeoz) deliberarūt astuto consilio crimē lese ma-
iestatis imponere dño Jesu: vt ex eo Pilatus vtpo-
te contra cesarem, moueretur ad condemmandū do-
minum Jesum: Putauerunt enim se posse in
hoc preualere, fundantes huius criminis causam
super confessione ipsius domini qua confessus est
se esse Christum, ac per hoc regem: ⁊ super com-
motiōe populi ad se vt Christum, ac per hoc vt re-
gem, ita quod pontifices licet accusauerint dominū

¶ q̄

Ientaculi primi questio quarta.

Jesum quattuor criminum, principaliter tamen tē
debant ad crimē lese maiestatis, quia se regem que
rebat facere: sperantes ex hoc obtinere a Pilato dā
nationem domini Jesu ad mortem.

UEx parte quoque causarum ipsarum que allate
sunt, oportuit causam regni prevalere: quia maio
rem habebat apparētiam, ex eo quod dominus Je
sus fatebatur se Christum, et ante quinque dies cla
mantes ei turbas quod esset rex admiserat, veniens
Hierusalem super asellum. Hec enim causa mul
tipliciter probata videtur. Primo ex ipsius domini
Jesu verbis quibus dixit se Christum. Secundo
ex commotione populi a Galilea vsque huc. Et in
hac probatione clauditur non solum seductio po
puli, sed commotio que fuerat ante quinque dies il
lic, hoc est in Hierusalem: quum turba cum pal
mis, cum vestimentis stratis in via, cum clamore
dignitatis ac nominis regij concurreret ad honoran
dam dominum Jesum. Tertio ex ipsius domini v
bis coram Pilato, regnum meum etc. Unde et Pi
latus dixit, ergo rex es tu: quod dominus Jesus nō
negavit. fuit quoque aggravata, si hunc dimittis,
non es amicus cesaris: omnis enim qui se regem fa
cit, contradicit cesari.

UEx parte deinde Pilati causam regni oportuit p
valere. Pilatus enim quum esset gentilis, et de eo
quod filium dei se fecit nihil aut parū curaret (pres
sertim sciens quod per invidiam mouebantur pon
tifices) et de censu prohibito nulla probatio habes
retur, commotionem populi cum tali ingressu in
Hierusalem consideravit, simul cum confessione
ipsius domini de regno suo ex hoc mundo. Et vi

Ientaculi primi quæstio quarta. xix.

sum est tam ei quam Herodi quod dominus Iesus esset non vt crimosus sed vt fatuus puniendus: cōsideratis enim dictis de regno alterius mundi, & gestis (scilicet quod super asellam nō equum, cum palmis non armis, vilis turba nō magnates, repente, non ex condicto, practica, inductione aut vocatione, transitorie & quasi in momento, non retinendo secum turbam, nec procedendo postea cū turba, sed veniebat quotidie post more solito in tēplam ad docendum) iudicauerunt vias has aspirandi ad regnum, non esse sani capitis. Et bene iudicabant de mundano regno loquendo: fatuum quippe esset, per has vias querere regnum terrenum. Vnde vterq; (scilicet Herodes & Pilatus) tractauit dominum Iesum vt fatuum, instantibus nihilominus Iudeis quod nō esset fatuus sed malignus, vtpote qui filium dei se fecit: & quod astute inuertit causam regni in regnum alterius mundi, quum non posset negare quod se regem fecerit, cōmouēdo populum ad se regem clamandū. Pilatus corripendum flagellis dominum Iesum censuit, vt vtriusq; fatuitatis scilicet & malicie ratione habita punitus dominus dimitteretur. Sed inualescentibus Iudeis vsq; ad tumultum, elegit consideratis omnibus damnare dominum Iesum lese maiestatis: eo quod causa hec ad se directe spectans, apud suum tribunal probata ac euidentis ita erat vt nisi fatuitate excusaretur, iuste damnationem exprosceret: de regno quippe non de hoc mundo ipse stultitiam putabat. Et quia Iudei q; dominum Iesum magis nouerant nō admittebant excusationē stultitie, quam ipse Pilatus admittendā putabat, ideo

L iij

Ientaculi primi quaestio quarta,
tanquam relinquens Iudeis criminis curam, se in-
nocentē protestatus est in prolatione sententiae qua
dominum damnauit ad mortem crucis,

¶ Nec videntur ad literam coegisse pilatū ad hāc
causam scribendam. Sed hec omnia ex quarto lo-
co proposita causa (diuina scilicet prouidentia) di-
sposita sunt, vt dominus Iesus damnatus ⁊ cruci-
fixus verum suum titulū supra suā crucē scriptum
haberet: erat enim ⁊ est in veritate Iesus nazare-
nus rex Iudeorum. Vsa quippe est diuina prouiden-
tia iniquitate psequentiū ⁊ damnantiū dominū Je-
sum, ad perpetuam veritatem regij tituli de Chri-
sto prophetati testificandam coram toto mundo,
vnde ⁊ Pilato prohibuit ne mutaret illū, sed di-
xit quod scripsi scripsi, ⁊ tribus p̄cipuis lin-
guis omnium linguarum vices gerentib⁹,

lex ipsius etiam trinarij omnia com-
pelctentis perfectione, scribi di-
sposuit.

Nec de quarta que-
stione, deo gratias. Poso-
nij in die sancti dama-

si. **A. D. xiiij.**

Amen.

Incipit secundum ientaculum

lum: in quo quattuor quaestiones tractantur.



Currunt Secundo circa diuersa sacra scripturae documenta de filiis dei, quaestiones item quattuor. Prima est de verbis Pauli apostoli ad Ro. i. de unigenito filio

dei, quibus dicit, quod predestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.

Secunda est de verbis Joannis euangeliste Jo. i. de filiis dei adoptiuis, dedit eis potestatem filios dei fieri, quod non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt.

Tertia est de verbis apostoli Pauli i. ad Cor. xv de baptismo quo generantur filii dei, quum dicitur, alioquin quid faciunt qui baptizant pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt ut quod et baptizantur pro illis?

Quarta est de verbis eiusdem apostoli ad Gala. ij. de hereditate filiorum dei per fidem re promissa non per legem, quum dicitur, lex ordinata per angelos in manu mediatoris, mediator autem unus non est, deus autem unus est.

Circa prime quaestiois verba difficultas est. Tunc propter proprietatem sensus: non enim proprie dictum videtur de filio dei quod predestinatus est filius dei. quantumcumque ratione humane nature verum sit predestinatum esse ut humana natura sit unita filio dei in persona, et homo ille scilicet Iesus filius beate virginis sit predestinatus filius dei: quia sic

¶ iij

Ientaculi secūdi quæstio prima.

gnificatur suppositū illud quatenus est hūanū suppositum, in ppositis autē verbis illud relatiuum qui refert filium dei, sicut primo loco antepositum idē relatiuū refert etiam filiū dei quū dicitur, qui factus est ei ex semine David secūdū carnem: statim enim subditur, qui predestinatus est.

Tum, ppter varietatē textus apud Latinos et grecos et grecos inter se: dū latini codices cōiter habent q̄ predestinatus: greci autem aliq̄ similit̄er habent, aliqui habent qui destinatus.

Tum, ppter pluralitatem expositionū, dum vel p̄ destinatus est exponitur predestinatū est, vel declaratus est, vel q̄ relatiuū q̄ refert filiū David seu hominis. Nec enim ambiguitati attestari videntur.

Ad hanc Quæstionē absq̄ quocūq̄ preiudicio cuiusuis expositionis respōdēdo (quod subintelligi volo tam in precedentibus quam in sequentibus totius huius operis) dicitur q̄ sensus proprius litere ex intentione apostoli et cōtextu sumendus est.

Intentio apostoli clare apparet: intendit em̄ materiam euangeliū summarie explicare. Quū enim p̄posuisset se apostolū et segregatū in euāgelium dei de filio suo, explanandā duxit p̄positam euangeliū materiam, scilicet de filio suo: que scilicet euangeliū aperiret de filio dei. Et subiunxit tria cōprehendētia totam euāgelicā materiā. Prīmū est, q̄ factus est ei ex semine David secūdū carnem. Secundū est, q̄ predestinatus est filius dei in virtute secūdū spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorū Iesu Christi domini nostri. Tertium est, p̄ quē accepimus gratiam et apostolatū ad obediendū fidei in omnibus

Ientaculi secūdi quæstio prima, xxi

gentibus. **S**oportebat enim vt q se euangelij nunciū dicebat, explicaret qd euangeliū cōtineret, vt sic ad euangelicā epistolā prepararet legentiū animos,

Contextus vero suadet specialitar duo. Alterum est, vt relatiuū ter repetitū (scilicet q factus, q predestinatus, p quē excepimus) referat semp illud primo propositū, scilicet filio suo, id est, filio dei. Alterum est vt similiter distinguatur, ordinetur ⁊ intelligatur li secundū carnē ⁊ li secundū spiritū: ita q si cut primo explicatur fili⁹ dei secundū carnē, ita deinde explicetur filius dei secundū spiritū, vt sit plana constructio ⁊ planus sensus nec minus altus.

Et vt plenius intelligātur hec, inchoemus a primo. **D**eclarat itaqz mysteriū incarnationis quantum ad quinqz. Primo quantum ad personam incarnatā, q est ipse dei filius, p relatiuū q, ita q nec pater nec spiritus sanctus sed filius dei referē p li q: vt patet in textu.

Secundo quantum ad modū incarnationis: q nō ex virili semine seu naturali more genitus est secundum carnem, sed ex virtute spiritus sancti formatus secundū carnē, ⁊ hoc significat illud participiū factus. **N**esi diceret, q nō naturali virtute secundum carnem genitus in materno vtero, sed ab extrinseca spiritus sancti virtute factus est. **S**imile habes ad **G**ala. iij. misit deus filiū suū factū ex muliere.

Tertio quantum ad cōiunctionem hūanitatē cū deitate: q scilicet iuncta est deo vt organū cōiunctū. **D**uplex siquidē inuenitur organi gen⁹. **Q**uodam cōiunctū psonaliter illi cuius est instrumentū: vt manus est organū quo operat homo. **Q**uodam vero separatū secundum esse ab illo cuius est

Ientaculi secūda quæstio prima

instrumentū: vt serra qua homo secat, Serra enim
nihil est hominis secantis, sed aliud esse habet, alia
hypothesis est. Inter hūanitatē itaq; Christi et ces
teras creaturas secundū iunctionē ad deū, hec est
differētia, q̄ relique creature se habēt ad deū vt in
strumenta separata: ita q̄ deus vtit̄ illis vt instrumē
tis separatis. Et p̄pter hoc omnia tā naturalia q̄
voluntaria creaturaz opa deo attribuunt̄ in sacra
scriptura, oia inq̄t Isaias, opa nostra opat̄ es dñe
et Job, pelle et carnibus vestisti me, ossib⁹ et ueruis
cōpegisti me et c. Hūanitas autē Christi iuncta est deo
vt organū iunctū secundū esse p̄sonale: ita q̄ de⁹ p̄
humanitatē assumptā operat̄ sicut ego per linguā
meā, per manū meā et c. Et hoc significat̄ in textu p̄
pronomē ei, dñi dicitur, q̄ factus est ei, proculdubio
deo, filius q̄ppe dei secundū carnē factus est deo or
ganū coniunctū: q̄a deitas p̄ humanitatē Christi o
perat̄ sicut p̄ sibi coniunctū propriū organū, iuxta
illud, saluauit sibi dextera eius, et brachiū sanctū ei⁹.
Ad q̄d vt de nouū et mirabile inuenerat decātādū
p̄mittēs. Cātate dñi canticū nouū, q̄a mirabilia fe
cit: statim em̄ subdit, saluauit sibi dextera ei⁹, et bra
chiū sc̄tū ei⁹. Ac si dixisset: quū de⁹ salutē multipli
citer potuisset operari, hunc tamē modū elegit vt p̄
p̄riā dexterā et p̄p̄riū brachiū (hoc est p̄ organū cō
iunctum) operaretur salutem in mysterio incarnas
tionis, vnde et subdit, notum fecit dñs, salutare suū
et c. Quarto quantū ad humanā genealogiam, q̄
scilicet ex semine Dauid: pro quanto beata virgo ex
qua carnem habuit, filia fuit Dauid per tot gene
rationes intermediās. Vbi clauditur veritas scri
pturarum, Messiam ex semine Dauid p̄mittē

Ientaculi secūdi quæstio prima: xxij.

tium: et regia progenies: et quod peccator David tanta gloria donatus est a deo, ut de ipsius semine Christus prodiret, et ipsi fierat talis tantaque promissio.

Quinto quantum ad humilitatem: dum explicat quod secundum carnem, que est infima pars humane nature. Minus quippe mirum esset, si animam tantam humanam assumpsisset, quum sit nature intellectualis et immortalis: sed ubi constat carnem quoque assumpsisse, mirabile valde est, et longe magis exinanivit semetipsum carnem assumens, factus ergo secundum carnem dum dicitur, nihil humane nature spiritum monstrat. Simile quod legis apud Joannem dum dicit, verbum caro factum est, propter dictam rationem. Est igitur literæ sensus ac ordo, qui filius dei secundum carnem, factus supernaturaliter est ei deo ut coniunctum organum ex semine David: pro quanto mater descendit ex progenie David.

Et adverte quod predictarum quinque conditionum due locantur ex parte subiecti, scilicet quod secundum carnem, et tres ex parte predicati, scilicet factus est ei ex semine David.

Venio nunc ad secundum de quo presens est questio. Vbi adverte quod ex parte subiecti locantur quoque duo, scilicet quod secundum spiritum, et ex parte predicati locantur reliqua, scilicet predestinatus est filius dei in virtute sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri, ita quod sicut prius locutus est de filio dei secundum infimam nature humane partem, scilicet carnem, sic nunc loquitur de eodem filio dei secundum supremam nature humane partem, scilicet spiritum. Et interdicit quod secundum spiritum preordinatus est sanctificationis propria autoritate ex tempore et causa proprie resurre-

Ientaculi secūdi quaestio prima

ctionis qua surrexit a mortuis, nō qualiscunq; sed saluator Christus ac dñs noster. Quamuis enim infiniti fuerint modi apud deū qbus sanctificare mundū potuisset, elegit tamē ⁊ statuit ab eterno vt vltus sanctificatiua resideret in spiritu q est anima Jesu Christi: pro quanto voluit vt omnis gratie plenitudo non solū vt in singulari sed vt vniuersali capite etiā celestis ecclesie in illa anima habitaret, ita tamen q sanctificator per eam non sanctificaret quasi mendicato suffragio, sed ppria auctoritate vt filius dei ex vna parte, ⁊ ex alia parte ꝑ causa ⁊ tempus sanctificatiōis esset resurrectio ipsius, de huiusmodi enim causalitate scriptū est ad Ro iij. resurrexit ꝑpter iustificationē nostrā, de tpe vero Ioan. viij. nondū erat spiritus dat⁹, q̄a Jesus nondū erat glorificatus. Et secundū hoc vt dictū est, ex ꝑte subiecti locantur due cōditiōes (p̄sona scilicet filij dei ⁊ spiritus assumptus) dum dicitur, qui secundū spiritum.

¶ Potest ⁊ alius exponi spiritus: hoc est spirituale esse ⁊ operari non determinando ad esse ⁊ operari diuinū aut assumptū, sed cōiter, significando ꝑ spiritū esse ⁊ operari spirituale quod in christo fuit quodcūq; fuerit illud. Et sic ex parte subiecti due similiter cōditiōes locant: scilicet p̄sona filij dei, ⁊ esse ac operari spirituale quodcūq; in ipso quolibet est, ita q̄ sicut primo locutus est de filio dei secundū esse carnale, dicendo q̄ secundū carnē, sic nunc loquitur de eodem filio dei secundū esse spirituale, dicens q̄ secundū spiritum,

¶ Licet ex parte subiecti sit ista diuersitas expositionis, ex parte tamen ꝑdicati nō variatur sensus:

Ientaculi secūdi quæstio prima xxiiij

sed ponitur primo res ad quam predestinatus est, scilicet filius dei in virtute sanctificationis. Ita q̄ non intelligitur hoc simplex scilicet fili⁹ dei, sed totū cōpositū scilicet filius dei in virtute sanctificationis, vt res ad quam predestinatus dicit̄ filius dei secundū spiritū: sicut si diceretur q̄ homo secundū intellectū preordinatus est vt sit homo studiosus vt sit homo beatus, ⁊ similia.

¶ Nūerant̄ aut̄ in huiusmodi verbis mysteria tredecim. Duo ex hoc q̄ li predestinatus apponit̄ ad li qui secundū spiritū. Ex ipsa siquidem diuersitate vboꝝ dū qui secundū carnem dicitur factus, est ⁊c. ⁊ q̄ secundū spiritū predestinatus ⁊c. dicitur, intelligimus q̄ precipuū ⁊ p̄mū in mysterio incarnationis est esse spirituale: ex hoc enim q̄ apponit̄ p̄destinatio ad li secundū spiritū denotat̄ q̄ ordinatio diuina principaliter tendebat ad spiritū: hoc enī ipm̄ predestinationis nomen secū fert. Et merito, tum q̄a spirit⁹ longe prestantior est carne, ⁊ esse spirituale longe excellentius esse carnali. Tum q̄a caro assumpta a vbo dei est mediante spiritu, p̄ quāto ratio q̄ caro assumpta fuerit fuit spirit⁹: hoc est, ideo caro assumpta est q̄a erat materia spiriualis anime, ⁊ non econuerso.

¶ Rursus ex hoc q̄ q̄ secundū spiritū predestinatus dicit̄ ad totū aggregatū, scilicet vt sit fili⁹ dei in virtute sanctificationis, intelligim⁹ ad partem spiritus spectare principaliter sanctificare, non q̄ caro Christi ex pers̄ esset sanctificatione virtutis (quā tactu carnis sue sanctificauerit aquas pro baptisimo ⁊ tactu manus reddiderit sanitatē) sed quoniā caro Christi hoc ipsum secundario ⁊ ex spiriuali vir-

Ientaculi secūdi quæstio prima.

tute habebat, spiritus autem principaliter ex proprio genere scilicet esse spirituali sortitus est.

¶ Tertium est mysterium (scilicet quod propria auctoritate sanctificaret) aperte monstratur per primam partem aggregati predicati, scilicet filius dei: ex hoc enim quod predestinatus est filius dei in virtute sanctificandi, clare patet quod predestinatus est ut sanctificet propria auctoritate. filius quippe dei propria auctoritate que est sua deitas sanctificat, non minus quam pater: quum sit vnus et eiusdem nature et potestatis cum patre.

¶ Quartum mysterium est plenitudo sanctitatis. Et hoc enim quod non dicitur sanctus, sed in virtute sanctificationis, aperit talis tantaque sanctitas que non solum ipsum repleat in se, sed virtutem in eo ponat efficiendi sanctitatem in alijs: fuit enim Christus plenus gratie et veritatis non solum in seipso, sed de plenitudine eius omnes accepimus.

¶ Quintum mysterium est vniuersalitas sanctificationis. Ex hoc namque quod non dicitur sanctificationis bonorum vel illorum, nec animarum tantum aut corporum, nec rationalium tantum aut irrationalium, monstratur quod in eo est virtus sanctificationis omnium. Et veritas est: quoniam ut dicitur ad Ephe. primo, Deus proposuit in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo que in celis et que in terra sunt in ipso. Rursus ex eo quod non dicitur sanctificationis talis (puta secundum gratiam prophetie, aut secundum qualemcunque aliam specialem gratiam) sed simpliciter et absolute dicitur in virtute sanctificationis, aperit quod in eo est virtus sanctificatiua secundum omnem speciem sanctitatis. Ita quod huiusmodi virtus sanctificatiua est vniuersalis, et secundum omnes san-

Ientaculi secūdi quæstio prima xx.iii.

ctificationis species, et secundū omnia sanctificabilia: est siquidē caput sup omnem ecclesiam tam terrestrem quam celestē, et hominum et angelorum: ut dicitur ad Ephe. i. et Colo. ij.

¶ Sextum mysterium est tempus quo incepit sanctificatio hec, dum dicitur ex resurrectione mortuorū: hoc est ex resurrectione nō qualicumq; sed a mortuis (genitiuus enim pro ablatiuo a grecis ponit) iuxta supra inductum verbum Ioan. nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. In cuius signum, primo die resurrectionis dedit spiritum sanctum discipulis insufflando in eos dicens, accipite spiritum sanctum: et dedit potestatem remittendi peccata. Nec propterea intelligas ante resurrectionē Christi defuisse virtutem sanctificandi aut sanctificationē ipsam (quoniā prius sanctificationis opera multa dominus effecerat) sed quia principaliter, manifeste et vniuersaliter prior ordinata est sanctificatio exercenda a tempore resurrectionis. Principaliter quidem: quia sanctificationes priores erāt quasi dispositiōes seu vie ad sanctificationē vniuersalem futurā post resurrectionē. In cuius signū, etiā ipsi apostoli quamuis mūdi ex sermone Christi, adhuc ceci erant nō intelligētes scripturas: sed in die resurrectionis aperuit illis dominus sensum ut intelligerent scripturas. Manifeste vero: quia tunc manifestata est virtus Christi ex gloria resurrectionis. Vniuersaliter autem: quia in oēs gentes ex tunc salus predicanda et conferenda ordinata est: ut patet in euangelio.

¶ Septimum mysterium est cōcausa sanctificationis, quæ scilicet resurrectio ipsius ordinata est cōcau

Ientaculi secūdi quæstio prima.

sa sanctificationis: vt scilicet filius dei ⁊ p̄pria auctoritate ⁊ ministerio p̄prie resurrectionis sanctificaret, nam sicut mortem nostram moriendo destruxit, ita vitam resurgēdo reparauit. Est siquidem ipsius resurrectio causa vite nostre, tū anime: q̄a surrexit p̄pter iustificationem nostrā, tū corporis: q̄a saluatorem expectamus q̄ reformabit corpus humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue. Dū ergo dixit ex resurrectione mortuorū, duo notauit mysteria: temporis scilicet quo sanctificatio quasi maturus fructus haberetur: ⁊ cōcause, qua resurrectio in dignitatem cōcausandi sanctificationem eleuata est.

Octauū mysteriū est integritas spiritualis esse, quando q̄dē ex resurrectiōe effectū est corpus Christi spirituale, iuxta apostoli sententiam, i. ad corin. xv. habuitq; ex tūc saluator esse spirituale integrū: hoc est secundū omnes nature assumpte partes.

Manifestaturq; hinc, q̄ filius dei secundū spiritū redundantē iam ex resurrectiōe in corpus secundū esse spirituale cōsummatū ex resurrectione, preordinatus sit sanctificator. Dicens itaq; ex resurrectione mortuorū, tria dixit mysteria: t̄pis quo quasi fructus maturus sanctificatio haberet: causalitatis, q̄ in dignitatem cōcausandi sanctificationem resurrectio eleuata est: ⁊ integritas qua cōsummatū est esse secundū spiritū per redundantiam ad corpus.

Ex his tribus iunctis prioribus surgit mysteriū novū, q̄ sanctificare conuenit Christo ex diuina ab eterno predestinatione secundū vtrāq; naturā: diuinam scilicet ⁊ hūanam non qualemcūq; sed gloriosam, vt vere impletam cognoscā causam ab

Ientaculi secūdi quæstio prima xxv

euangelista assignatā quare nondum erat spiritus
datus quia Iesus nondū erat glorificatus: hoc est
siquidē quod hic docet apostolus, dicens q̄ prede
stinatus est filius dei sanctificator ex resurrectione
a mortuis, qua p̄culdubio glorificat⁹ est. Spectat
reliqua quattuor mysteria ad qualitatem resurgētis
ad sanctificandū, non enim posita sunt hec verba,
Iesu Christi dñi nostri, ad quasi circunloquēdū re
uerenter illum q̄ resurrexit: sed quū facile p̄ pronō
men substantie potuisset dicere ex resurrectione eius
si tantū significare voluisset de cuius resurrectione
loquitur, sicut p̄ verbū mortuorū significauit de qua
resurrectione loquebatur, elegit apostolus tot titu
los apponere, vt ⁊ quis ⁊ qualis ex resurrectione p̄
paratus sit sanctificator monstraret.

Decimū igitur mysteriū monstrat p̄ nomen Je
su: quo nō solum q̄s monstratur, pro quanto est no
men proprium, sed qualis, pro quanto a saluatiōe
impositum illi est: vt dixit angelus ad Ioseph. Sur
rexit q̄ppe ad sanctificandū Iesus, hoc est saluator
quū deuicta morte vniuersum genus humanū sal
uauit, vitam illius inchoando in propria vita cor
porali immortalis impassibili ⁊c. vere etenim imple
tum tunc est illud, ps. Saluauit sibi dextera eius: q̄
niam ipse dei filius p̄ suā animā quasi iunctam dex
teram saluauit sibi ipsi corpus proprium viuificādo
⁊ dotibus q̄ttuor ab apostolo explicatis i. ad Cor.
xv. glorificādo. ⁊ vere si Christus resurrexit, ⁊ nos
resurgemus: vt ibidem dicitur.

Decimum mysterium regie dignitatis mon
stratur p̄ nomen Christi. Vere siquidem puenit in re
gionē valde distantē (vt pote in regionē glorie eter

D

Lentaculi secundi quaestio prima

ne) accipere sibi regnū quū vnctus est vnctiōe glorie sup omnes reges: oportuit siquidem Christum pati hec (scilicet iniurias et mortē) et ita intrare resurgendo in gloriam suam. Incepisse ergo regnū Christi ex sua resurrectione monstrat apostolus, quum p̄destinatum ipsum dicit sanctificatorē ex resurrectione qua surrexit Christus: sicut etiā ex tunc incepit executio p̄summate saluatiōis quū surrexit Iesus. ¶ Tunc quoque incepisse dñum eius, duodecimū mysteriū aperit dicendo dñi. Qui enim prius venerat ministrare, subijci et mori, surrexit dñs, dicens, data est mihi omnis potestas in celo et in terra. Non quod prius nō fuerit dñs (quum vere dixit, vos vocatis me magister et dñe, et bene dicitis, sum etenim) sed quod prius secundum humani corporis officia nō venerat dñum exercere sed subiectionē, surrexit omni ex parte dñs: quum implet illud, Dñs regnauit, de corem glorie corporalis indutus est.

¶ Noster demum mysterio ultimo dicitur: nō quod alijs aut aliqd eximat ab illius dñio (de quo scriptum est, omnia subiecisti sub pedibus eius) sed quia peculiari modo dñs noster, hoc est fidelis est: tū quia dñatur in nobis quod voluntates nostras subijcimus illius mandatis: tum quia cultu fidei, spei ac caritatis gaudemus atque gloriamur in et de ipsius dño. ¶ fructus ergo resurrectionis dñice p̄ li noster notat: ut nō quasi inanis aut in tempus longinquum fructificatur surrexerit, sed surrexit dominus noster, ut statim nos habuerit, ut nunc nos omnino deseruerit. ¶ Predestinatus est ergo filius dei secundū sp̄m, ut sit fili⁹ dei in virtute sanctificationis ex resurrectione qua a mortuis surrexit Iesus christus dñs noster.

Ientaculi secūdi quæstio prima xxvi

Perspice lector in duabus explanatis sententijs collectā ab apostolo materiā euangelij de filio dei dum ⁊ trinitatis ⁊ incarnationis ac incarnati vbi tā secundum humilitatis quā glorie statum ⁊ sanctificatiue v̄tutis ac per hoc sacramentoz mysteria posuit. Et ne qd remaneret intactum, subiungēdo tertium relatiuum, totam complexus est euāgelij materiā. Nam vbi de capite collegerat, ad ecclesiam ipsius Christi corpus descendit: oportet enim euāgelizare quoq; vnam sanctā in Christo ecclesiam vt patet in symbolo. **Q**uinq; autē vt breuiter prestringam⁹ de Ecclia proponit. Primo iunctiōnem cū Christo, nō qlitercūq; sed depēdendo ab ipso, dicens p̄ quē iungitur enim ecclesia Christo vt capiti, ⁊ ab ipso pendet vt a capite pendet corporis vita. Secundo dona Christi in ecclesia, ⁊ communia toti ecclesie, dicens accepimus gratiam, ⁊ dona quibus diuersa membra seu gradus diuersi sunt in ecclesia, dicens ⁊ apostolatum, in hoc enim primo gradu reliqui subintelliguntur. Tertio finem intrinsecum p̄pter quē distribuuntur gradus ac dona in ecclesia dicens ad obediendum fidei. Vbi fides non quē sine operibus mortua est sed formata que per dilectionem operatur, posita est finis: nam obedientia fidei non est vbi fides mortua est: voluntate enim rennente obedire fidei que diligendum deum super omnia monstrat, non mouetur homo ad obediendum fidei. **R**ursus vnitās fidei monstratur ex singulari numero: ⁊ non vt vnusquisq; in sua fide saluet̄, sed obediatur fidei vni. Quarto indiuisionē vniuersalis ecclie apit. **E**x conāq; qd nō in vna tantū natione sed in omnibus

¶

Ientaculi secūdi quæstio prima.

gentibus ad hoc vnum, vt scilicet obediāt fidei vni, gratiā vnam ⁊ apostolatū vnum accepimus, cōsequens est vt vna atq; indiuidua sit vniuersalis ecclesia Christi in omnibus gentibus: iuxta verbū dñi, fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor. Quinto finem extrinsecum, pro nomine eius: tota enim ecclesia ordinatur ad gloriā dñi Iesu Christi, nec sunt apostoli, doctores, protectores ⁊c. pro gloria ppria, sed pro gloria filij dei. Habes ergo summarie ex vobis apostoli totam euangelij materiam, quā intendebat Romanis proponere.

Ad ea que tanquā difficultantia materiā inducta in principio sunt, nō est confutādo sed explanando summarie dicendum, q̄ licet nō admittatur q̄ q̄ referat filiū dei absolute, vt predestinatus sit filius dei absolute, admittit̄ tamen vt q̄ referat filium dei factum secundū carnē ex semine David: hoc est filiū dei vt est fili⁹ hominis. Nec ē incōueniens vt illa triplicitas relativi sic ordinetur vt semp̄ crescat, referendo immediate antecedēs in quo etiā prius antecedēs clauditur, hoc est vt primū q̄ referat filium dei, secundū q̄ referat eundē factū secundū carnē, tertium vero p̄ quē referat eundē nō solum factum secundū carnē, sed predestinatum ⁊c. Nec inconuenit diuersas eundem textum habere expositiones etiam secundum sensum literalem: quoniā author sacre scripture est spiritus sanctus, q̄ plures simul sensus intendere potest.

Unde autē varietas ipsius textus emerferit, non apparet. Quod enim ex translatoe non contigerit manifestat diuersitas textus etiam apud Grecos, nam apud vulgariū legitur predestinatus, ⁊ apud

Ientaculi secūdi quæstio secūda xxvij
origenē destinatus. Ut cūq; sit, text⁹ verificat̄ vtro
q; modo: vt patet ex dictis. Nec de prima q̄stioe.

Circa secundā questionē de verbis Jo-
an. q non ex sanguinibus &c. ambi-
guitas occurrit primo an vna & eadem gene-
ratio neget̄ p tres negatiōes, nō ex sanguinib⁹ neq;
ex voluntate carnis neq; ex voluntate viri, an singu-
lis negationibus respondeant singule generatiōes.
Nam si vna eademq; generatio per omnes nega-
tur, inutilis videtur multiplicatio tot causarū: ad
quid enim opus est miscere in euangelio naturalē
hominum natiuitatem prouenire non solum ex san-
guinibus, sed etiam ex voluntate carnis & ex volun-
tate viri? Si vero tres generationis species descri-
pte dicuntur, falsum apparet, ex eo q; generatio ex
voluntate carnis, nō est diuersa a generatiōe ex san-
guinibus: cōcupiscentia q̄ppe carnis nō aliter gene-
rat filios quā p p̄mixtionē carnalē maris & femine.
Secundo an vna eadēq; volūtas sit volūtas car-
nis & voluntas viri. Nā si locutio ista p̄pria est, o-
portet ex vna p̄te vnā fateri voluntatē, quā nō inue-
niant̄ in toto genere hūano diuersæ species volūta-
tū (quāuis eī animalis appetitus multiplicet̄ in
plures species, voluntas tamē nō multiplicat̄) & ex
altera parte nullā dicere voluntatē carnis: q̄a volū-
tas in sola ratione est, & appetitus est ratiōalis, &
nō carnalis seu sensibilis. Si vero nō curandū cre-
dit̄ de proprietate nominū, & due voluntates quasi
duo appetitus distincte dicunt̄ (ratiōalis scilicet q̄
proprie vocat̄ voluntas, & sensibilis, q̄ appellatus
est voluntas carnis) tūc sententia teneri potuit, sed
lingua cohibenda erat: quod p̄cul ab euangelista eē

Ientaculi secūdi quæstio secūda

debet. **T**ertio an filij dei p adoptionē dicantur p
prie nati ex deo, an secundū p̄munē tātū vsū quo
in humanis adoptatus in filiū, dicit̄ gēntus ab il
lo per adoptionē: q̄ etiam in hac litera dicit̄ gēnt̄
ex voluntate viri. Quod em̄ p̄p̄e intelligi debeat, ex
eo videtur q̄ nisi p̄p̄e essent ex deo nati, non essent
proprie filij dei. Quod vero communiter accipien
dum sit, ex eo apparet q̄ voluntarie genuit nos, dā
do nobis sp̄ritum adoptionis filiorum in quo cla
mamus Abba pater.

Ad hanc Quæstionē dicit̄, q̄ Joānes euā
gelista triplicē ac p̄ hoc omnē i hu
manis generationis modū p̄plexus est. Prīmū q̄
vita naturalis acquiritur, et nascuntur filij hominū
ex sanguinibus viri et mulieris. Secundum quo vi
ta moralis p̄sona carni, in nobis fit ex voluntate car
nis: hoc est ex electione eorum que consonāt carni.
Et hinc nascuntur filij huius seculi: quorum vita
est circa aut necessaria aut vtilia aut delectabilia se
cundū carnem. Tertium quo vita excellens conso
na rationi, in nobis fit ex voluntate viri: hoc est ex
electione eorum que sola ratio seu virilis animus
emulanda dicat. Et hinc nascuntur filij huius q̄
seculi q̄ excellentes sunt: inter quos quidam heroes
vocantur. Ita qd̄ intendit euāgelista filios dei neq̄
ex natura simpliciter, neq̄ ex natura adiuncta volū
tate carnis (hoc est studio ad quecunq̄ spectāt ad
carnalia) neq̄ ex natura adiuncta volūtate viri (hoc
est studio officioso ad q̄cunq̄ sunt et eē p̄nt virilis
perfectionis, delectatiōis aut glorie) nasci aut fieri.
Et qm̄ ad aliquod horum trium spectat omnis ge
neratio hominum secundum quodcunq̄ esse possit

Ientaculi secūdi quæstio secūda xxviii.

bile, siue ex celo siue ex quacunq; causa naturali aut
voluntaria (vt patet discurrendo ⁊ applicando) is
deo hāc triplicem generationem negando, aperuit
euangelista aliunde querēdā esse gñonem filiorum
dei q̄ ex naturalibus aut volūtarijs causis creatis:
⁊ statim manifestauit quartum generationis mo-
dum, dicēs sed ex deo nati sunt. Nec dixit sed a deo
facti sunt (vt ceteræ creature, quas dixit ⁊ facte sunt
sed dixit, sed ex deo nati sunt: docens filios dei) tali
modo procedere a deo vt mereātur dici nati ex deo
tūm p̄pter naturalē in modo pducendi, tūm p̄pter
connaturalitatem rei producte.

Que quoniam altioris speculationis sunt (vt po-
te a Joanne euāgelista dicta) oportet altius incho-
ando, aduertere bona creata distingui in duos ordi-
nes. Unus est ordo nature: alter est ordo gratie.

In primo ordine sunt omnes substantie create, ⁊ p-
rietates, actiones, passionēs, ⁊ quecunq; quomo-
dolibet eis naturaliter pueniūt. In secūdo autē quā-
tum ad propositum spectat, inueniunt quedam res
que ita sunt de ordine gratie vt sint de genere dei: vt
charitas ⁊ lūmē glorie. Bona creata primi ordinis
se habent ad deum vt artificiata ad artificem, que
sunt aliena a natura artificis: vt domus, arca, nauis,
⁊ alia huiusmodi testantur relata ad suos arti-
fices. Charitas autē ⁊ lumen glorie que supremū te-
nent locum in secundo ordine, se habent ad deum,
vt connaturalia ad id cui sunt connaturalia, vt ea
que sunt secundum naturam ad naturam: sicut cale-
re ad ignē, sicut moueri deorsum ad graue. Quod
ex eo cognoscere potes: q̄a nihil horū pōt eē natura
aut p̄naturale alicuꝝ creature create aut creabilis.

Ientaculi secūdi quæstio secūda:

Nō potest siquidē fieri aliqua creatura que sit suapte natura beata beatitudine illa q̄ consistit in fruitione promissa nobis in celesti patria, vt sit suapte natura amans deum amore charitatis, quo distinguitur filij dei a filijs pditionis: quoniā si aliqd̄ bonum posset fieri, posset esse aliqua creatura non indigens gratia dei, sed ex proprijs sue nature haberet q̄ nō posset peccare, et seipsam saluaret: scriptū est enim i. Ioan. iij. Omnis q̄ natus est ex deo, peccatum nō facit, quoniā semen ipsius in eo manet: et nō potest peccare, quoniā ex deo natus est, et rursum cap. v. omnis qui natus est ex deo non peccat, sed generatio dei conseruat eum.

Quia igitur p̄uū est deo esse naturaliter beatum dicta beatitudine, et amare naturaliter ipsum deum sic scilicet dicta charitate, cōsequēs est vt intelligamus bona creata q̄bus p̄stituunt filij dei hic q̄dem inchoatine p̄ grām charitatis, in patria vero p̄plete p̄ cōsummatā gratiā luminis glorie, esse de genere diuino, et deum se habere ad illa vt ad cognata vt ad cōnaturalia vt ad secundū naturā ipsius dei: et p̄terea relique creature facte dicunt, filij autē dei nati dicunt. Iure siquidē nasci dicunt q̄ ad p̄naturalia p̄ducunt, q̄ ad ea q̄ sunt scdm̄ dei naturā eleuāt̄ natiuitatis siquidē tā ratio quā nomē ad naturā spectat. Si itaq; ex termino p̄sideres p̄ductionē filiorū dei, natos ex deo intelliges: q̄a fiunt cognati ipi summo deo. Si modum quoq; inspicias, idē inuenies. Dupliciter siquidē aliqd̄ a voluntate efficit̄. vno modo absolute: vt quum eligim⁹ aliqd̄ exteri⁹ opari vt mederi, edificare, &c. Alio modo ex affectione: vt quum ex odio vel amore mouemur ad aliqd̄.

Ientaculi secūdi quæstio secunda xxix

Quod procedit exterius voluntarie, dicitur fieri a voluntate. Quod procedit in nobisipsis a voluntate affecta, dicitur nasci ex voluntate, quasi naturaliter illud proueniat: quia voluntas affecta per modum nature operatur: habitus enim inclinatur per modum nature. et quasi intrinseci principij rationem induit voluntas affecta: quando ex affecta voluntate firmus tales: puta mites, aut iusti, aut auari, &c. Unde Joannes euangelista eadem prepositione scilicet ex, et eodem participio scilicet nati: usus est in singulis particulis dicens. non ex sanguinibus non ex voluntate carnis, non ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: nam si nati subintelligitur in precedentibus.

Nisi replicasset, qui non ex sanguinibus nati, neque ex voluntate carnis nati, neque ex voluntate viri nati sed ex deo nati sunt. filij siquidem hominum nati sunt in esse nature ex sanguinibus: et filij huius seculi communiter, nati sunt in esse morali ex voluntate carnis, hoc est, ex voluntate affecta carni. et similiter filij huius seculi egregie vite, nati sunt ex voluntate viri, hoc est, ex voluntate affecta virilitati.

Quorsum hec? ut percipias filios Dei similiter ex Deo natos. Voluntas siquidem Dei omnium quomodolibet creatorum causa est: sed reliquas creaturas producit quasi voluntate artificis, filios vero adoptionis producit quasi voluntate affecta: utpote ad cognatos nature diuine, ad ea que sunt secundum naturam ipsius dei: naturaliter enim afficimur ad connaturalia nobis. Et ex eadem radice profertur quod quasi principij intrinseci rationem induit in producendo filios dei: pro quanto tantum respicit principij naturalis. Ex utraque igitur parte hoc est ex pre

Ientaculi secundi quæstio secunda.

termini & ex parte principij) quātū ad moētū pro-
ducendi tantum naturalitatis diuine inuenitur in
productione filioꝝ dei, vt Joannes euangelista ad
hec aperiēda dixerit, ex deo nati sunt: vt li ex & li nas-
ti vtrāq; naturalitatem indicarent

¶ Et ne hec ficta putes, audi Petrum apostolū pri-
mo cap. ij. epistole, maxima & preciosa promissa do-
nauit nobis, vt per hoc efficiamini diuine nature
pfortes. Audi Paul. ad Rom. viij. quos presciuit
& predestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt
sit ipse primogenitus in multis fratribus. Vbi vides
filios dei in sortium diuine nature eleuatos, & ad
cognitionem tantā cum deo suos filios predestina-
tos, vt fratres sint primogeniti filij omnino natura-
lis veritq; dei, illum siquidē deus natura genuit vtz
deum: nos autem volūtate genuit vt sumus primi-
tie creaturarum, vt dicitur Jac. i. **¶** Vide demū
q; Joannes euangelist. tanti fecit mysterium p hec
verba prolatum de filijs dei, vt ne hoc impossibile
crederetur, attulit pro testimonio id quod est ma-
xime supermirabile, scilicet mysterium incarnatio-
nis: subdit enim, & verbū caro factū est. Tanquam
diceret, vt credas homines nasci filios dei, scito de-
um esse factum carnem, vt habes in glosa. Sunt i-
gitur in supremo totius vniuersi gradu locati filij
dei, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate affe-
cta carni, neq; ex voluntate affecta virilitati, sed ex
deo nati sunt

¶ Ad quesita autē dubitādo, ordinate rñdē-
do dī, Et ad p̄mū qdē, q; tres
gñationes excludunt p hāc triplicē negationē, & q;
gñatio ex volūtate carnis, nō appellat̄ hic gñatio

Tentaculi secundi quaestio tertia. xxx

qua sunt hoies s'm eē nature, sed qua sunt s'm eē mo-
rale ex voluntate affecta h'modi carnalibus, quales
cōiter emergunt filij bui⁹ seculi ex h'mōi affectibus
alij prudentes rectores, alij negociatores, ⁊ id gen⁹
reliq. Ad s'm vō q' hic est sermo de voluntate ipie
⁊ vna ponit voluntas s'm substantiā, due at s'm af-
fectū. Voluntas siquidē vna ⁊ eadē s'm se est q' est
carnis ⁊ viri, s; gēnat' ppter diuersas affectōes al-
tera ad ea q' virilis excellētie sunt: ⁊ vocat' volūtas
viri, altera ad ea q' carnalis necitatis vtilitatis aut
delectatiōis sunt: ⁊ vocat' volūtas carnis. Ad tē-
tū at, q' sermo euāgeliste est de natiuitate ipie, q'
tum tñ suffert subiecta materia. Et em̄ ex dictis a-
liqualis coniectura haberi potest, non fiunt ⁊ sunt
filij dei adoptiui vt sunt ⁊ fiunt filij adoptiui homi-
num, sed eleuantur in consortium ⁊ cognationem
diuine nature, ⁊ propterea Iohannes euangelista
quum dixisset, dedit eis potestatem filios dei fieri,
curant tanto studio aperire modum quo fiunt fi-
lij dei, ⁊ post tot negatiuas manifestauit modū, sci-
licet q' ex deo nati sunt. Dixi autem notanter posse
coniecturam nunc haberi: quia idem Iohannes di-
cit: nunc filij dei sumus, ⁊ nondum apparuit quid
erimus: quum apparuerit similes deo erimus.

Hec de secunda questione.

Circa Tertiam questionem de verbis a-
postoli (quid faciunt qui baptizan-
tur pro mortuis, si omnino mortui non resur-
surgunt vt quid ⁊ baptizantur pro illis) difficul-
tas occurrit, ex eo quod sermo iste est vel de repre-
hensibili vel de laudabili baptismo. Nam si de vi-
tuperabili baptismo, quo qdam forte baptizabanē

Tentaculi secundæ quæstio tertia

pro sanguineis defunctis sine baptismo (ita quod semel baptizabantur pro salute propria, et iterum baptizabantur pro proximis suis defunctis sine baptismo, erronee putâtes baptizari posse unum pro alio) si de hoc inquam erroneo baptismo loquitur apostolus, infirmum valde argumentum ad persuadendam resurrectionem mortuorum assumit: dum ex fide et spe quam habent de resurrectione mortuorum isti qui baptizantur pro proximis defunctis, arguitur quod mortui resurgent. Nam facillime et in promptu est confutatio huius argumenti, respondendo quod quemadmodum factum istorum est vanum ita et fides ac spes eorum, ita quod argumentum hoc sumi ex hominum fide ac spe vana, non oportet aliunde monstrare quam ex proprio facto quo baptizantur pro alijs: ex hoc enim quod inutiliter et vane baptizantur pro alijs, argumentum habetur quod vana est fides et spes quam habent de resurrectione mortuorum.

¶ Si vero est sermo de laudabili baptismo, apparet quod oportet incurrere alterum duorum inconvenientium: scilicet vel equivocationem, vel improprietatem. Nam si exponitur pro mortuis, id est operibus mortuis, que sunt peccata (iuxta illud ad Hebræos nono: sanguis Christi emundabit ab operibus mortuis) incurritur equivocatio: nam in alia significatione sumitur quum primo dicitur, qui baptizantur pro mortuis, et in alia sumitur statim subdendo, si mortui non resurgunt: ut patet. Et nihilominus quale argumentum hinc sumpsit apostolus: quasi penes similitudinem nominis ex operibus mortuis ad homines mortuos, ex resurrectione per baptismum ab operibus mortuis ad resurrectionem

Ientaculi secūdi quæstio tertia xxxi

a naturali morte procedens. Si autem exponitur pro mortuis, hoc est profitendo fidem ac spem de resurrectione mortuorum (pro quanto hi qui baptizabantur profitebantur integrum fidei symbolum in quo manifeste dicitur credo carnis resurrectionem, &c. ita quod pro tanto dictum est q̄ baptizantur pro mortuis, p̄ quāto baptizant̄ profitendo resurrectionem mortuorum) si sic inquam exponit̄ incurritur improprietas sermonis, nam improprie dicuntur baptizari pro mortuis, quia baptizantur profitendo resurrectionem mortuorum. Similiter posset dici baptizantur pro trinitate, quia baptizant̄ profitendo trinitatem.

Ad hanc Questionem respondetur, q̄ quum apostolus nō arguat ex fide aut spe aut ex verbis, sed ex facto (nam dicit, quid faciunt qui baptizantur pro mortuis, & exponens illud factū esse baptizari pro mortuis, & exponēs illud factū esse baptizari p̄ mortuis, subdit: si mortui non resurgant ut quid baptizantur pro illis, scz mortuis) oportet sensum horum verborū sumere ex facto ex quo argumentum sumit apostolus. Nescio aut̄ melius factū hoc interpretari q̄ ex doctrina eiusdē apostoli: q̄ ad Coloss. ii. docet eos q̄ baptizantur baptizari in persona mortuorū, & non solum mortuorū sed etiā resurgentū cū Christo, cōsepulti inq̄ estis per baptismū Christo, in quo & resurrexistis p̄ fidem operationis dei qui suscitavit illū a mortuis. Et rursus cap. iij. si resurrexistis cū Christo, que sursum sunt querite: mortui enim estis, & vita v̄ra abscondita est cū Christo. Ritus baptismi h̄z ut qui baptizant̄ mergant̄ sub aqua, & p̄ hoc rep̄tent du

Ientaculi secundi quæstio quarta.

as mortes, scz propria morte morale & mortē Chri-
sti corporalem: repñtant em̄ se mortuos vite veteri
sicut christus mortuus est vite huius mūdi,mersio
em̄ representans sepulturā Christi mortui,ponens
hominē q̄ baptizat̄ sub aqua sicut corpus Christi
positū est sub terra,representat q̄ hominē illum is-
ta recedere a preterita vita vt sit illi mortuus et se-
pultus.Similiter surgendo ex aqua,representatur
duplex resurrectio: & christi, corporalis, & homis,
spiritalis: ita q̄ ex hoc q̄ homo surgens ex aqua,
representat Christū a mortuis resurgentem,repres-
sentat quoq̄ seipsum surgere in nouam vitam spiri-
tualem: nunc quidem quantū ad animā fm̄ rem,in
futurum autem etiam quantum ad corpus in spe.
Hoc est factum ex quo arguit apostolus,dicens:
quid faciunt qui baptizantur pro mortuis,boc est,
in persona mortuorum, si mortui non resurgunt vt
quid baptizantur pro illis: hoc est, personam illoz
agunt qui sic baptizantur pro mortuis.Sicut in res-
presentationibus quidam agunt fortes,quidā mo-
destos,quidam mortuos,quidam claudos, qdam
cecos, &c. & hi dicuntur operari pro cecis, p̄ clau-
dis, qui agunt personas illorum.

Ex tali itaq̄ baptismi ritu quo qui baptizantur
personam mortuorum agunt ad similitudinē chris-
ti mortui, & consequenter personam resurgentium
ad similitudinē Christi mortui resurgentis,argu-
mentum sumpsisse apostolum intelligendum ē. Tū
quia secundum hunc sensum inuenitur argumen-
tum efficac: vanum siquidem esset tale factum rep-
sentatiuum mortis & resurrectionis, si mortui nō re-
surgunt. Tum quia exponitur litera sumendo ar-

Ventaculi secūdi quæstio tertia xxx j

gumentum a facto, iuxta verba apostoli. Tū quia
seruatur proprietas sermōis, et nulla interuenit eq̄
uocatio. Tum quia consonat alijs documentis a
postoli. Tum quia nihil incerti aut noui in eccle
sia Christi per hanc expositionem ponitur.

Et aduerte, q̄ quia ex modo facti, solus ritus ba
ptismi per immerionem representat mortem et re
surrectionem, ideo apostolus quasi particulariter
loquitur de facto illorum qui baptizantur in perso
na mortuorum. Et rursus ideo apposuit coniun
ctionem et, dicendo vt quid et baptizantur, quasi di
ceret, vt quid non solum baptizantur, sed baptizan
tur et pro illis id est, in persona mortuorum. Tan
quam diceret, vt quid tali ritu personam mortuo
rum et resurgentium assumunt quum baptizantur.
Notanter autem dixi ex modo facti: quia ex effica
cia sacramenti semper baptismus quomocunq; fi
at, commori et consepeliri hominem facit et resurge
re cum Christo in nouitatem vite.

Ad obiecta Autem in principio, non est
aliter respondendum, nisi qd̄
expositio illa de opinato illo erroneo baptismo, mi
nus consona videtur sensui apostoli: qui ex facto
manifeste arguit, et non ex spe facti. Hec de ter
tia questione.

Circa Quartam questionem difficultas
occurrit: quia non apparet litera
lis sensus secundū planum litere contextum.
Non em̄ apparet ad qd̄ positū dicant illa verba:
mediator autem vnus nō est, deus autem vnus est

Ientaculi secundi quæstio quarta.

constat naq; ibi sermonem neri de dinerentia inter legē mosaicā ⁊ promissionē factā Abrahe in Gbriſto. Et quantū apparet. extra propositū, extra contextum interpositū est q; officium mediatoris ē inter duos, ⁊ similiter q; deus est vnus: quorsum enī hec bic? quamuis in se verissima sint. Nec est tota quæstionis ratio ac summa.

Ad hanc Quæstionē, dī q; referendo clausulam illam in manu mediatoris, ad legem mosaicā de qua est sermo, soluitur facile quæstio. Ad cuius clariorē ac pleniorē intelligentiam colligenda antedicta summarie sunt. Posuit ibi apostolus ex vna parte Abrahe promissionē (quam etiam testamentū a deo confirmatum vocat) et ex altera parte Moysi legem. Et ex parte Abrahe posuit quinq; scilicet fidem, benedictionem, vitam, hereditatem, ⁊ iustitiam, ex parte vero legis cōtraposuit quoq; quinq; scilicet opera legis, maledictionē viuere in operibus legis, transgressionē, ⁊ peccatum. Et demum concludit legem fuisse in custodia ⁊ pedagogū ad fidē Iesu Christi: in q; oēs homines vniunt per fidē ⁊ fidei sacramentū baptisma.

Quū igit ex parte promissionis Abrahe tot diuina bona posuisset Apostolus, ⁊ ita appropriasset Abrahe vt negasset illa a lege, quæstionē interposuit, qd igitur lex? Et statim respondet, propter transgressionem posita est, donec veniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris.

Ubi quattuor conditiones legis manifestat, Prima est, quod propter malum posita est: hoc est, lex non est posita vt faciat bonos ⁊ iustos, sed vt puniat malum. Et hoc fecant illa verba

Ientaculi secūdi quæstio quarta xxxi j.

propter transgressionē posita est. Quum enim due sint partes iustitie, scilicet declinare a malo ⁊ facere bonum, lex scripta in hoc differt a fide Abrahæ q̄ lex ad malum potestatem habet: culpe q̄dem puniendum, pene vero infligendum, fides vero efficit bonum: q̄a ex fide viuunt vita iustitie ⁊ dilectionis ⁊c. ¶ At si p̄tra hoc obijciatur, nō esse deterioris cōditionis legē Moyſi legibus humanis: quas constat positas esse nō solum propter trāsgressionē arcendam ⁊ puniendā, sed etiā propter bonum virtutis, nā ad hoc ordinantur leges vt fiant homines v̄tuoſi: vt patet ij. ⁊ v. Etibi. Maxime ergo lex p̄ Moyſen a deo data ordinatur: ad reddēdos homines virtuosos, Et confirmatur: q̄a legis precepta sunt non solum de declinando a malo (puta nō occides, non mechaberis, nō adorabis deos aliēos ⁊c.) sed etiā de faciēdo bonū: puta diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo ⁊c. honora patrem tuum.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ aliud est loq̄ de fine legis, aliud de effectu legis, nā finis legis ad intentionē spectat: effectus vero ad potestatem ⁊ efficaciam legis. Si de fine est sermo finis legis est bonum virtutis, ad quod intendit p̄ precepta ⁊c. ducere. Sed nulla lex scripta habet hāc potestatem hācq̄ efficaciam vt efficiat aliquē bonum: precipere siquidē potest bonum, sed nō facere. Sed respectu trāsgressionis seu mali, habet lex potestatem ⁊ efficaciam puniēdi: puniē enim malos, ⁊ puniendos arcet consequēter: vt experientia testatur. Apostolus autē non de fine sed de effectu legis ⁊ fidei loquit̄: ⁊ docet q̄ fides Abrahæ facit hominē iustum ac viuum ⁊c. lex autem nō potest iustificare aut viuificare aliquē, sed po-

¶

Leuenticuli secūdi quæstio quarta
test punire. Et ideo ppter trāsgressiōē tāquā ma-
teriā ppiij effectus q̄ est punitio, posita est: ⁊ nō p-
pter iustitiā seu vitā, in quā nō potest vires suas ex-
ercere, nisi pro quāto dilabuntur in maloz ordinē
in suis omisiōibus, lex em̄ p̄cipiēs religiōis seu pie-
tatis opa, nō potest efficere in subditis religiōis aut
pietatis officū, exercet vires suas puniendo: vt lapi-
datus est q̄ nō sanctificauit sabbatum ⁊c.

¶ Secunda est q̄ est tēporalis, scilicet ad Chriſtū.
Et hoc significant subiuncta v̄ba, donec veniret se-
m̄ cui pmiserat, ita qd̄ hinc habes qd̄ lex Moyſi
nō est ppetua sed t̄p̄alis. Nec obstat q̄ pluries di-
citur in lege Moyſi, legitimū sempiternū erit, aut ali-
qd̄ simile: qm̄ huiusmodi sempiternitas accipitur p
duratiōē coena populo Iudeoz. Et est sensus, qd̄
est sempiternū secundū ppetuitatē populi, scilicet
vsq̄ ad Messiam, q̄ pater futuri seculi p̄dictus est,
⁊ vnum populū ex omnibus factururus nouo nomi-
ne Chriſtianū: ⁊ iuxta v̄bum Isa. ⁊ vocabitur tibi
nomen nouum quod os dñi nominauit. Scito ta-
men quod lex cum suis preceptis potest dici perpe-
tua quantum est ex parte authoritatis humane, p
quanto posita est non renocabilis nisi p̄ ipsum de-
um verum, ⁊ dicitur temporalis, pro quanto deus
verus caro factus adimpleuit illam: ⁊ sic consum-
manit non cōsumpsit illam, iuxta illud, nō veni solu-
uere legem, sed adimplere, ita quod finiuit legē nō
p̄sumendo, vt cibus finitur, sed perficiendo, vt offi-
cium ducis exercitus finitur parta victoria: iuxta
aliud verbum domini in cruce, consummatum est.
Tertia conditio est, quod lex est ex celesti authori-
tate posita: vtpote ordinata p̄ angelos, quod etiam

Ientaculi secūdi quæsto quarta xxxiiii

Stephanus prothomartyr prius dixerat Act. viij. accepistis inquit ad Iudeos legē in dispositiōe angeloz. Decuit vt inter tot quasi ignobiles cōditiones quas de lege referebat apostolus, interponeret aliquā nobilē ⁊ gloriosam: scilicet q̄ ordinata fuit per angelos, in quo omnes humanas leges excellit, ⁊ aūthoritatem diuinā habere mōstratur. Potest nihilominus vltra cōmendatiōem legis hec p̄tacula ad secundā cōditionem p̄tinere: vt scilicet significetur a q̄bus ⁊ ad quos lex erat vsq; ad semen p̄missum, intendens quod ordinata erat p̄ angelos tēporalis, scilicet donec veniret semē. Ac si apte diceret, lex est t̄p̄alis secūdum qd̄ est ordinata p̄ angelos, qui cognocebāt huiusmodi temporalitatem: quamuis secundum q̄ est accepta ab hominibus, videatur sempiterna.

Quarta p̄ditio est q̄ est mediatrix, ⁊ hoc significāt v̄ba illa, in manu mediatoris: hoc est in ope dimidiatoris. Et intēdit qd̄ lex fuit dimidiatoria: proquāto fuit data nō toti generi hūano, sed vni parti scilicet filiis Israhel, ⁊ distinctiua fuit illius populi a reliquo mūdo: vnde etiā in vestibus signa discretiua ab alijs mādauit lex. Et qd̄ hic sit sensus literalis, apparet ex eo qd̄ huic sensui omnia sequētia cōsonant, ita vt currant absq; cespitatione aliqua: vt patet in sequentibus. Habuit ergo lex hanc cōditionem quod fuit dimidiatiua generis humani, quo contra fides Abrahæ, semen eius Christum v̄nitatē mūdi facit. Vnde statim apostolus subiūgit q̄ postq̄ reuelata est fides Christi, nō est Iudeus neq; Grecus ꝛc. sed oēs sumus vnum in Christo: vt p̄ hoc intelligas q̄ cessauit dimidiatio legis vbi

Ientaculi secundi quaestio quarta

venit vnitas Christi, vnde statim ex hac legis cōditiōe apostolus materiā obiectiōis assumit dicēs, mediator autē vni⁹ nō est, deus autē vnus est. Non dicit, mediator duorū aut pluriū est: quoniam non loquitur de officio mediādi, hoc est coniungēdi vel cōcordādi duos vel plures, sed dicit negatiuā, scilicet vnus nō ē: quia diuidiāre nō est facere vnū, sed scindere vnū, et p̄ oppositum deus est vnus in sua p̄missione: quia vni semini p̄misit benedictionem omnium gentium, p̄miserat em̄: Abrahe dicte sunt p̄missiones et semini eius: nō dicit et seminibus quasi in multis, sed quasi in vno et semini tuo qui est Christus. Ad huius quippe vnitatis p̄missionem p̄ quā p̄stituitur totus mundus in vnitare, spectat quod dicitur, deus autē vnus est, in sua p̄missione.

¶ Ita quod ex hac legis cōditiōe quae est diuidiātoria generis humani, nascit̄ statim quaestio, assumpta p̄positione vniuersali quae diuidiātor ut sic nō est factiuis vnus, et regione cōtraposito quae deus est vnus in sua p̄missione, nam hunc statim inferitur, lex ergo aduersus p̄missa dei: p̄ quāto, p̄missa dei sunt in vnitare ḡnis hūani in vno semine Abrahe, et lex nō est ad vnitare sed ad diuisionē ḡnis hūani.

¶ Vbi videre potes quod ad p̄positum materie de qua tractat apostolus secundū hunc sensum dicta sunt haec v̄ba. Sunt em̄ adeo ad p̄positum ut fuerint valde etiā necessaria ad plenius p̄mendandā p̄missionē et fidē Abrahe supra legē: vnitas namque vel diuisiō generis humani maximā facit differentiam.

¶ Et ut plenius appareat veritas dicti sensus, trāseunda summarie est respōsio apostoli ad exortā obiectiōnē, p̄notādo duo. Alterū ē, quod licet haec obiectio

Ientaculi secūdi quæstio quarta xxxv.

fit explicite deducta ex vltima p̄ditiōe legis, p̄ quā
to quasi syllogizata est inde: insinatur tamē in lite
ra q̄ ex alijs quoq; legis cōditionibus nascit̄ dicta
obiectio, dū in numero plurali dicit̄, lex ergo aduer
sus p̄missa dei: ex hoc em̄ intelligim⁹ p̄cludi legē eē
aduersus multa p̄missa dei, ⁊ nō solū aduersus vni
tatē p̄missam. Et vere apparet hinc q̄ sit ⁊ aduer
sus iustitiā p̄missam, pro quāto lex p̄ter trāsgressi
onē posita ē, ⁊ aduersus hereditariū semē p̄missum
pro quāto durat donec veniat semē: duratio siq̄dē
legis quādin est, tollit seminis illius aduentū ⁊ ecō
trario, lex ergo aduersus p̄missa dei apparet.

¶ Alter est, q̄ cōis radix omnīū infirmitatū legis,
q̄bus differt ac deficit a fide Abrahæ, est penes viui
ficare seu iustificare animā. Et enim si lex posset ius
tificare, nō propter transgressionē posita esset, sed
propter vitā iustitiæ, ⁊ similiter nō duraret donec
veniret semen, sed semper: vtpote ip̄am vitam semi
ni p̄missam conferens, ⁊ similiter non diuidiaret
genus humanum, sed vniret ip̄m in vita spiritus.
Et propterea apostol⁹ ad radicē securim ponit sol
uendo obiectionē, dū p̄munē omnīū infirmitatū le
gis rationē reddit, postq̄ respōdit absit, ⁊ dicit, si
em̄ data esset lex q̄ posset viuificare, vere ex lege eēt
iustitia: intellige apostolū subtiliter impotentia le
gis tanq̄ ex necessitate materie se tenētē afferre. Sic
si latinus diceret, lex data est suapte natura impotēs
viuificare: ita q̄ nō ex accidēte infirmitate aut ex a
liq̄ defectu p̄natiuo lex hanc infirmitatē ⁊ p̄sequē
ter ceteras p̄comitantes habet, sed ex hoc ip̄o q̄ est
lex, seq̄t̄ q̄ lex est diuersa res a fide ⁊ p̄missiōe Abra
hæ. In cui⁹ signū lex distinguit̄ p̄tra grām Ioan. i.
E iij.

Tentaculi secundi quæstio quarta

lex p̄ Moysen data est, gratia p̄ Jesum & h̄m̄ facta est, fides siquē pars est gratie. Et q̄ hoc sit verū, manifestat: q̄a si data eēt lex q̄ posset viuificare, ex lege vere esset iustitia, qd̄ esset p̄tra p̄missionē dei: q̄asi ex lege, iam nō p̄ re p̄missionē: vt sup̄ius dictū est. Ergo q̄ lex sit h̄ns tot p̄ditiones, ex naturali eius impotētia seu infirmitate est. Deinde subiungit q̄ nō aduersus p̄missa dei has p̄ditiones habet lex, sed pro p̄missis dei: p̄ quāto ex his p̄ditionibus trāsmittit subditos ad p̄missionē factā Abrahæ, dicēs, sed cōclūdit scriptura omnia sub p̄ctō, vt p̄missio ex fide Jesu Christi daret̄ credētib⁹. Ideo inq̄t lex scripta clausit omnia p̄cepta tā de malis vitādis q̄ de bonis, p̄sequēdis sub p̄ctō, cognoscēdo, p̄cupiscēdo p̄ māsuro ac puniēdo: vt sic trāsmittat ad desiderandū & querēdum medicū redēptorē ac saluatorē, nulla em̄ ex parte infirmi via q̄ velit & q̄rat medicū melior est, q̄ morbū p̄uū augeri & durare cognoscere ac puniri, sine liberatiōe tamē. Sic lex trāsmittit ad Christū: nā lex cognitionē peccati dabat (ad Ro. vii. p̄ctū nō cognoui nisi p̄ legē) & puniebat, vt patet & p̄cupiscentiā augebat occasiōe accepta, vt patet ibidē, & durationē peccati opabat: p̄ q̄to nō poterat interius sanare aut adiunare. In hoc autē qd̄ scriptura clausit omnia sub p̄ctō, cointelligūt oēs antedictæ legis infirmitates: q̄a omnes sunt in vna colligate cōratiōe, scilicet q̄ lex nō potest iustificare, sed sub peccato ponere, vt facile ē discurredo deducere. Soluta autē obiectiōe, ex hoc q̄ lex infirmitates qd̄e has necessario habet, sed habet eas & vtitur eis trāsmittendo ad hoc vt p̄missio ex fide Jesu Christi detur credētibus: ex tribus similitudi

Lentaculi secūdi quæstio quarta xxxvi.

nibus iuxta antedictas tres infirmitates seu pditiones legis, manifestat apostolus ministeriū legis quod seruiabat promissio semini, custodiendo, ducendo, sonendo. Prima similitudo est ad custodē expectatiuum in tenebris claritatē, ibi priusquā veniret fides.

Et hec respōdet infirmitati legis qua posita est propter trasgressionē, qua cōclusit omnia sub peccato.

¶ Secūda ē ad pedagogū ibi, itaq; lex pedagogus.

Et hec respicit illā infirmitatē in manu mediatoris: datus siquidem pedagogus est populo Israel tāquā puero electo p alijs, segregādo ipsum ab alijs, iuxta illud Deuter. xxxij. pars autē domini populus eius, Jacob funiculus hereditatis ei.

¶ Unde huic similitudini annectit apostolus vnitatē omniū hominū in Christo.

¶ Tertia similitudo est ad actores et tutores paruuli heredis, ibi quāto tēpore heres paruulus est.

Et hec respicit illā infirmitatē, donec veniret semē. Et est in his tribus similitudinibus

pspicere statum eorū quod sub lege erāt differentē a statu regeneratorū in Christo penes tria.

In tertia quādam penes seruitutē et libertatē, in secunda vero penes

impfectionē et pfectionem, in prima autē penes iniustitiā et iustitiā: vt facile patet inspiciēti textū apostoli et applicāti.

Et hec de quarta quæstio. In festo circūcisiōis

domini anno, M. D. xxiiij.

Posonij.

E iij

Ientaculum tertium de sacerdotio.
Incipit ientaculum tertium
in quo tres tractantur ques-
tiones.



Occurrunt Tertio circa diuersa
in nouo testamento
dicta de sacerdotio questiones tres.
¶ Prima de verbis Apoca. cap. v. fe-
cisti nos deo nostro regnum ⁊ sacerdo-
tes. Et cap. primo. fecit nos regnum ⁊ sacerdotes
deo ⁊ patri suo.

¶ Secunda de verbis Petri apostoli in ca. ij. prime
sue pistole, vos autem genus electum, regale sacerdo-
tium gens sancta ⁊c.

¶ Tertia de verbis eiusdem Petri apostoli in eo-
dem cap. ad quem accedentes, ⁊ ipsi tanquam lapi-
des vivi superedificamini domos spirituales in sa-
cerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias
acceptabiles deo per Iesum Christum.

Circa verba Apoca. occurrit questio an
sit sermo de sacerdotio proprie an
non: nam ad vtranq; partem ratio viget.
Quod enim de sacerdotibus proprie loquatur, ha-
betur tum ex eo quod sermo improprie dede-
ret diuinam reuelationem. Tum ex eo quod cõm-
etum sibi regni nomen sumitur proprie quum dici-
tur, fecisti nos deo nostro regnũ ⁊ sacerdotes: qua
enim ratione non impropriatur regni nomen, eadẽ
ratione abducendũ a proprietate nõ est sacerdotis
nomen, quum simul ponantur.

Ientaculū tertiū de sacerdotio xxxvii

Quod vero non proprie sacerdotis nomen hoc in loco positum intelligatur, habetur ex eo quod si proprie dictum est, sequitur christianos omnes aut saltem iustos omnes saltem predestinatos esse proprie sacerdotes: quod sancte matris ecclesie piis aures offendit: utpote multorum hereticorum dogma

Circa verba quoque Petri apostoli primo inducta occurrit primo similis questio: an scilicet sit sermo de sacerdotio proprie. Nam quod sit sermo proprius habetur ex duobus. Primo quia de dignitate populi christiani loquitur: constat autem ad dignitatem spectare sacerdotium proprie dictum et non per similitudinem. Secundo quia sermo iste sumptus est ex verbis domini scriptis a Moysse Exod. xix. ubi constat de sacerdotio proprie dicto sermonem esse

Quod autem non sit sermo de sacerdotio proprie, ex eo arguitur, quia sequeretur quemlibet christianum donatum esse sacerdotio proprie dicto: et sic quilibet christianus esset proprie sacerdos. Quod hinc tanto clarius sequitur, quanto manifestum est ad populum christianum hunc sermonem dirigi, et non ad maiores in ecclesia: ad quos forte referri dicuntur sermones allati ex Apoca.

Occurrit deinde specialis questio cur Petrus apostolus referens hec domini verba mutauerit illa. Nam in Exo. dominus dixit: vos eritis mihi in regnum sacerdotale: Petrus vero dixit, vos autem sacerdotium regale. Inter que quanta sit distantia monstrat diuersa significatio substantiui et adiectiui. **C**irca demum verba eiusdem Petri apostoli ultimo allata, similis primo occurrit questio de proprietate sermonis, quia ex vna parte loqui un-

Tentaculum tertium de sacerdotio.

proprie dedecet sacram scripturam: et ex alia parte sequitur oēs christianos esse sacerdotes si sermo est proprius, quū ad oēs dirigatur sermo iste.

Queritur deinde an hostias dixerit spirituales, diminutionis an excellentie causa, vt scilicet hortetur ad offerendū spirituales hostias, tanq̄ meliores hostijs corporalibus, vel tanq̄ ad quales possunt.

Antequam Respondeat, predeclarandi sunt ex sacra scriptura termini cū differentijs eorū. In duplici siquidem significatione inuenitur sacerdotium in sacra scriptura. s. vel proprie, vel secundum similitudinem seu participationem quandam. Et proprie q̄dem frequentissimum est sacerdotis nomen in sacris lris. Secundū vero similitudinē rarē quidē est ipm sacerdotij nomen: sepe tñ sacerdotalium operū nominibus scriptura vtitur sic, scilicet fm similitudinem seu participationem quandam: vt nunc nunc apparebit.

Sacerdos igitur proprie, diffinitur ab apostolo ad Heb. v. omnis, inquit, pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his que ad deū sunt, vt offerat deo dona et sacrificia p peccatis. Nec mireris nouicie, si de sacerdote loquēdo ad pontificis diffinitionē transire videamur: quando q̄dem apostolus vt synonymis vtitur pontificis et sacerdotis nominibus: vt patet ibi in multis capi. Iuxta hanc significationem constat appellari sacerdotes eos qui officium habebant offerendi deo sacrificia et oblationes: et sepius in scriptura nominari. Sacerdotij vero nomine fm quandā similitudinē, Petrus apost. vtitur in verbis in tertis questione inductis, vt infra clare patebit.

Ientaculū tertiū de sacerdotio xxxviii

Opera autē sacerdotis plures inuenimus s̄m similitudinē applicata ad actus diuersarū virtutum. Et de interiore actu p̄nie patet in ps. sacrificiū deo sp̄s contribulatus. De actu abstinentie ad Rom. xij. exhibeatis corpora vestra hostiā uiuentē sanctā &c. De actu diuine laudis ad Heb. xij. offeramus hostiam laudis semper deo. i. fructū labioꝝ cōfite-
tium nomini eius. De actu b̄nificētie & cōdonis nolite obliuisci: talib⁹ em̄ hostijs p̄-
mere deus. De actu martyrii, Sap. iij. tanq̄ aurū in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiā accepit illos. Et vniuersaliter de actibus iustitie in ps. dicitur: sacrificate sacrificium iustitie. Nec em̄ & alia huiusmodi per quandam similitudinē hostie & sacrificij dicuntur, pro quanto induūt ratio-
nem oblatorum deo ad eius honorem, Et similiter secundum similitudinē sacerdos dicitur qui hec ad honorem dei facit: pro quanto offert huiusmo-
di virtutum actus deo, ordinando illos in honores
¶ Ex quibus habes primo, q̄ sacerdos (dei. proprie est nomen gradus, ordinis seu officij publi-
ci ad offerendum deo sacrificiū: non curando nunc differentiā inter ordinē, gradū & officiū. Sacerdos v̄o similitudinarie. nomē est vtutis. s. religionis seu sanctitatis afficientis animū ad diuinū cultum.

¶ Habes secūdo cōditiones tres requisitas ad proprie sacerdotium. Prima est q̄ sit ex hominib⁹ assumptus. Et hinc gradus seu dignitas monstrat̄ vt inter li. glosa notauit. Secūda est q̄ sit pro hominib⁹ p̄stitutus. Et hinc publica vtilitas monstrat̄: ita vt sit mediator inter deū & homines p̄stitut⁹ pro hominibus in his que sunt ad deum.

Tentaculum tertium de sacerdotio.

Tertia est q̄ offerat sacrificia. Et hinc facultas ad supremum oblatoꝝ deo, monstratur: ad differētiā minorum etiam officioꝝ publicoꝝ ad offerendum deo laudes. Nunquā itaq; intelligas sacerdotium aut sacerdotem proprie, nisi has in eo inuenis condiciones, offerentes siquidem quecunq; virtutum opera deo, assimilantur sacerdotibus, ⁊ participant sacerdotiū, pro quanto actum oblationis exercent: sed a sacerdotio ⁊ sacerdote proprie deficiunt, pro quanto non ex publico sacerdotij officio offerunt. Et similiter oblata deficiunt a sacrificijs proportionaliter: vt infra clare patebit.

Et si obiiciatur contra hec, q̄ qua ratioe christus offerendo seipsum in ara crucis fuit vere ⁊ proprie sacerdos, eadem ratione sancti martyres offerendo seipsos in ara ignis ⁊ alioꝝ tormentoꝝ fuerunt vere ⁊ proprie sacerdotes: ac per hoc ruit oīa dicta: quoniam ex sola virtute martyrij voluntarij sacerdotium proprie dictum inuenitur. Et si hoc admittitur, non erit difficile deducere sacerdotium proprie dictum ad offerentes mortificationem carnis ⁊ alia huiusmodi.

Ad hoc dicitur q̄ inter Christum ⁊ alios maxima est in hoc differentia, ⁊ pro nunc dicemus triplicem. Prima est ex parte principij, quia Christus ex publico sacerdotij officio obtulit seipsum: ita q̄ fuit constitutus sacerdos ad sacrificandū in seipm, quod de nullo alio etiam suspicari fas est, quia nullus fit sacerdos ad offerendum seipsum in sacrificium, sed ad offerendum in lege veteri vitulū aut ouē ⁊c. ⁊ in lege noua corpus ⁊ sanguinē domini, Christus autem dominus ex hominibus assumptus ⁊

Ientaculū tertiū de sacerdotio xxxix.

deo patre. ⁊ pro hominibus constitutus est ad offerendum seipsum per mortē propriam in ara crucis, vt patet per apostoli processum longū ad Hebræos. ¶ Secunda est ex parte oblationis. Oblatio siquidem Christi fuit secundum substantiā oblationis voluntaria, hoc est, mortuus est quia ipse voluit, non solum voluntate diuina, sed etiam voluntate humana, non solum per modum acceptantis, sed per modum causantis: pro quanto in potestate anime sue erat prohibere mortem suam corporalem quia erat anima glorificata, ⁊ noluit fieri huicmodi prohibitionem. Vnde singularissime scriptum est de hoc voluntario Esai. liij. oblati sunt quia ipse voluit. Et ipse dominus dicit: nemo tollit animam meam a me, sed ego ponam eam a meipso, Joan. x. ⁊ de sua quo ad hoc potestate subdit, potestatem habeo ponendi animam meam, ⁊ potestatem habeo iterum sumendi eam. Reliquorum autem sanctorum martyrum, oblatio non fuit voluntaria quo ad substantiā, quia non erat in potestate eorum mori vel non mori, quāuis in potestate eorum quādoque fuerint circumstantie moriendi: puta locus, tempus, modus. Non fuit, inquam, voluntaria nisi per modum acceptantis, pro quanto acceptauerunt mori pro honore dei, quasi facientes de necessitate virtutem. ¶ Tertia ex parte rei oblate. Nam sanguis Christi fuit sūapte natura reconciliatiuus, satisfactiuus ⁊c. pro aliis imo pro toto mundo, vt dicitur i. Joā. ij. sanguis vero aliorum martyrum ipsis solis meritorius est. Non est ergo similis ratio de sacrificio mortis Christi ⁊ sacrificiis mortis aliorum martyrum, Vnde manifestum fit Christum offerendo seipsum

Ientaculum tertium de sacerdotio.

fuisse vere et proprie sacerdotem, sanctos autem martyres fuisse sacerdotes per quandam similitudinem, ut sacerdos est nomen virtutis:

In his premissis Respondetur ad primam questionem de vrbis apoc. q. sermo est in utroque textu de sacerdote proprie. Recognoscuntur siquidem duo beneficia exhibita Christiano populo: scilicet regni et sacerdotij.

Ubi pro claritate aduerte magnam esse dignitatem populi si erigatur in regnum, et si concedatur ut sint ex eis sacerdotes: ut testatur priuatio eorundem, si enim regnum redigeretur in prouinciam, valde degeneraret: similiter si populus aliquis priuaretur ut ex eis non possint fieri sacerdotes, aut (quod plus est) quod in eis non essent sacerdotes, valde denigraretur. Sed magnam ergo beneficium populi spectat concessio vtriusque dignitatis: ut scilicet populus erigatur in regnum, et suos habeat ex suis sacerdotes. Vtriusque itaque dignitatem collatam Christiano populo esse Apocalypsis testatur.

Et regnum quidem dei est (ut dicitur ad Rom. xiiij.) iustitia, pax, et gaudium in spiritu sancto. Quod in presenti incipit: iuxta illud Luc. xvij. regnum dei intra vos est. In futuro autem perficietur: tunc quia nec iustitia, nec pax, nec gaudium in spiritu sancto hic consummatur: tunc quia Christus ipse expectauit regnare usquequo transiret ex hac vita. fit ergo Christianus populus regnum deo, quum fit iustus, pacificus, et gaudens in spiritu sancto.

Esiste paxper hic. et nota primo dignitatem regalem explicari per regnum, non per reges. ait enim: fecisti nos regnum, et non dicit, fecisti nos reges, quia regnum directe

Tentaculū tertiū de sacerdotio. xl.

sonat dignitatē vniuersitatis, rex autem dignitatez personalem. Ut hinc intelligas Christianos erectos proprie in regnum ⁊ non in reges: vnus enim solus est in dei regno rex, proprie loquēdo.

Nota secundo eandē excellentiam notari, q̄ hic incipiat ⁊ in futuro consuminabitur: dum verbo p̄ti temporis dicitur, fecisti nos regnum, ⁊ verbo futuri temporis subditur, regnabimus super terrā, qd̄ tunc verificabitur, quum Christiani corregnabunt Christo in terra viuentium.

Nota tertio dignitatem regalem ita explicatam in presenti ⁊ in futuro per dicta verba vt intelligere tur excellentiam hanc ita esse vniuersitatis, vt ad personales quoq; actus in futuro se extendat. Et propterea explicata est quo ad futurum per actus regnandi, dnm̄ dictum est, ⁊ regnabimus super terram, quo cōtra sacerdotalis dignitas explicata est per nomen personale, ⁊ nihil ad sacerdotes spectās dicitur de futuro, vt intelligeremus aliter communicatam dignitatem sacerdotalem, ⁊ aliter dignitatem regni: ⁊ similiter aliter ⁊ aliter se habere ad futurum vtranzq; dignitatem. Dignitas namq; sacerdotalis non sic est populi vt qlibet sit ps sacerdotij sicut dignitas regni sic est populi vt qlibz sit ps regni, s̄ sacerdotalis dignitas sic ē populi vt habeat ex suis aliqs sacerdotes. Et propterea tertus vtiē sacerdotis noie: quod nō est nomen collectiuū, sed singularis persone. Et vt contentiosi ac p̄teriti conuincantur ⁊ videant suauē dispositionem regni ⁊ sacerdotij populo p̄cessi, erigere dictū intellectu, p̄spice ⁊ clare intueri aliū sensuz. C. q̄ qlibet de populo sit sacerdos) destruere seipm̄. Mā si sic cbr̄i

Ientaculū tertiū de sacerdotio.

Christianus populus habet dignitatem sacerdotij vt quilibet sit sacerdos proprie loquēdo sequeretur de necessitate q̄ nullus christianus est sacerdos: quia sacerdos ex hominibus est assumptus, et pro hominibus constitutus in his que sunt ad deum, et c. ac per hoc si quilibet est assumptus et constitutus, nulli sunt ex quibus assumitur et pro quibus constituitur.

¶ Nisi forte diceretur, q̄ remanent infideles ex quibus assumitur et pro quibus constituitur. Quod primo est ridiculum, sacerdotes nostros fieri per infidelibus. Deinde non effugit vim argumenti: quia si totus mundus esset christianus, nullus christianus esset sacerdos: quum nulli homines remanerent ex quibus sacerdos assumeretur et pro quibus constitueretur, sicut si quilibet homo esset rex, nullus homo esset rex: quia nullus haberet super quos regnaret. Sapientia ergo diuina disponens omnia suauiter, reuelauit christiano populo vtriusque dignitatem collatam, ita vt intelligatur vtriusque suauiter collata, illa regia secundum suauitatem regni, sacerdotalis vero secundum suauitatem sacerdotis: vt scilicet ex christianis aliqui sint assumpti et constituti pro alijs sacerdotes. Et sicut vere et proprie dicitur, fecisti nos deo nostro regnum, colligendo omnes christianos in regnum dei, ita verissime etiam dicitur fecisti nos sacerdotes deo, assumendo ex nobis et constituendo pro nobis aliquos nostrum sacerdotes: quoniam sic et verissime et propriissime verus est sermo iuxta subiectam materiam: et totus populus recognoscit beneficium vtriusque esse suum, quamuis diuersimode: quia primum in singulis, secundum in quibusdam, ex singulis tamen et pro singulis. Et quia in pa-

Ientaculum tertium de sacerdotio. xli.

tria nō erunt sacrificia, sicut nec templum (iuxta illud Apoc. xxi. tēplum nō vidi in ea) ideo nihil in futurum de actu sacerdotis dicitur: Quis sacerdotialis dignitas maneat in eternum.

Et sic patet solutio prime quæstionis, admittendo dicta Apoca. verba ad vniuersum Christianū populū referri: quod tamē multi forte nō admitterent. Et vba quædam allata ex v. cap. nō sunt populi Christiani, sed animalium et seniorum: a quibus distingui reliquum Christianum populū apparet intuenti textum, exprimentem vltra animalia et seniores angelos et omnem creaturā in celo sup terrā etc. Verba autē primi capitali, Joā. apostoli et euāgeliste sunt quærat sacerdos, et in psona ipsius et ei similitū glosari pnt. Nec de prima quæstione.

Ad secundam Quæstionē de verbis Petri apostoli, p quō similem petit difficultatē patere potest ex dictis responsio. Et breuiter dicit, quod est ibi sermo de sacerdotio proprie dicto, et quod secundū rē significatur ibi vtraque dignitas, regni, scilicet et sacerdotij collata Christiano populo. Quo ad modū vero explicādi, aliter explicata est a Petro apostolo quā fuit a Joāne euāgelista, nā Petr⁹ nō explicauit illā p nomē personale (nō enim dixit, vos estis sacerdotes) sed p nomē ipsius dignitatis sacerdotialis, dicēdo vos estis sacerdotij, p hoc eruditus quisque facile posset intelligere quid significat: scilicet quod in illis est dignitas sacerdotij, scilicet in vobis est dignitas sacerdotij. Quod sufficientissime verificatur habendo ex seipis quosdam sacerdotes, et non oportet verificari sic vt singuli sint sacerdotes: quia deductum est, si singuli essent sa-

f

Lentaculum tertium de sacerdotio

cerdotes nullus esset sacerdos.

Quam vero secundo queritur cur Petrus mutaverit verba domini in ero. dum ibi dicitur, regnum sacerdotale, Petrus autem ait, sacerdotiū regale, respondetur ea ratione factam esse mutationē: quia illud regnū utpote tēporale decorabatur dignitate sacerdotali tanquā illustriore: sacerdotiū vero nostrū quāvis spiritalius, decoratur tamē regno dei eterno, utpote clarioze et melioze, hinc enim factū est ut ibi regnum significaretur decoratum sacerdotali dignitate, dicendo regnum sacerdotale: hic vero sacerdotium significaretur decoratū regno, dicendo sacerdotium regale.

Declaro singula. Promisit populo Israel deus si servaret mādata sua, quatuor: ut dicitur exo. xix. eritis mihi in peculiū de cunctis populis, mea est enim omnis terra, et vos eritis mihi in regnum sacerdotale et gens sancta. Vbi primo permittit deus habiturū se populum Israel in spāliter ppiā rem ad similitudinē peculiā, quod specialioze quodā iure possidetur quā id quod communiter habetur, unde et dicitur peculiū castrense vel quasi etc. Propterea siquidem interponit, mea est enim omnis terra. Tanquam diceret, licet ego sim vniuersalis dominus totius orbis communi iure creationis, gubernationis etc. vos tamen eritis mei quasi speciali quodā iure, propter specialē curam quā habebo de vobis quasi de peculio. Et huic suo peculio adicit tres dignitates, scilicet regni, sacerdotij, et sanctitatis, regni quodē tpalis: quia erigebat populū illum in tēporale regnum ipsius dei, ita quod deus esset illis rex et ipsi essent eius regnum.

Tentaculum tertium de sacerdotio. xliij

Nec hoc ego fingo, sed scriptura testatur multipliciter. Tum primi Reg. viij. vbi populo petente constitui sibi hominē in regē, dominus dixit ad Samuelē, nō em̄ te sed me abiecerūt ne regnē sup eos. Tum q̄a ibidē xij. Samuel dixit populo ad idē p̄positū, dixistis rex imperabit nobis, quū dñs de⁹ vester regnaret in vobis. Tum quia in p̄fato. viij. ca. reprehenditur populus de hac sua petitione, q̄ nō esset reprehensione digna, nisi ratione iniurie quam faciebant deo resutantes illum pro rege, ⁊ volentes habere hominē in regem sicut ceterę gentes habēt. Unde populus Israel paruo tempore dignitatem regni dei retinuit: scilicet a Moyses vsq; ad Samuelē, postea autem in regnum hominis degenerando transijt. Et hoc etiam parum retinuit, sub trib⁹ scilicet regibus tātum: Saule, Dauid, ⁊ Salomōe. Nam postea non fuit amplius regnum hominis, sed scissum est in regna hominū. Temporalem ergo dignitatem regni dei vt sp̄alis regis eorū p̄missam a deo si seruarent mandata eius, quia latens erat, quia rex inuisibilis, oportuit decorare ⁊ illustrare claritate dignitatis sacerdotalis, que in manifesto posita fuit, ⁊ p̄pterea dicitur regnum sacerdotale. In cuius signū sup̄ma iudicia summo sacerdoti seruata sic erant vt morte puniendus esset q̄ non p̄reret iudicato: vt habes Deutero xvij, ⁊ reuocatio profugorum vsque ad mortem summi sacerdotis decreta fuit, Josue xx.

Tercia demum dignitas (scilicet vt essent gens non prophana, non superstitiosa, non sacrilega, vt gentes ignorantes deum ⁊ colentes idola, sed sancta, hoc est dicata deo v̄o p̄ v̄ez cultū) manifesta est

Ientaculum tertium de sacerdotio.

Petrus autē apostolus mutatit peculiū in genus electū, explicans ⁊ specialitatē electoꝝ, ⁊ originem p̄ eternā electionē, ⁊ modum erequēdi electionem p̄ viam generatiōis: generatur siquidem Chꝛistiani per baptisimū. Dignitatem vero regni altioꝝ in sinua uit sacerdotali. Et vere sic est: q̄a sacerdotiū chꝛi- num est sacerdotiū regni, sicut euāgelium est euā- gelium regni, proculdubio eterni: vt explicat etiā apo- stolus ad Heb. ix. Chꝛistus assistens p̄ōtifer futu- roꝝ bonoꝝ: h̄ est eoꝝ q̄ in futuro seculo expectam⁹. Cōstat autē lōge melius ⁊ illustrius esse eternum dei regnum quā p̄ns sacerdotiū: quoniā hoc sacerdo- tium est p̄pter illud regnū ⁊ nō ecōtrario. Rōnabi- biliter itaq; mutatit Petrus, dicens sacerdotiū res- gale, p̄pter excellentiā eterni regni, cuius est sacerdo- tium nostrum. Et hoc ita accipito secundum litera- lem sensum scripture, vt nō respuas etiā posse dici nostrum sacerdotium regale, q̄a est secundum ordi- nem Melchise dech q̄ rex ⁊ sacerdos fuit. Et hec de secunda questione.

Ad tertiam Questionē de v̄bis eiusdē p̄e- tri apostoli, ad quē accedentes ⁊c. r̄ndetur q̄ sermo est hic de sacerdotio non pro- prie sed metaphorice. Quod ex cōtextu apparet. Tum ex p̄cedentibus, nam metaphorico sermone p̄- ponit lapides viuos ⁊ supedificari ⁊ domos sp̄i- tuales. Tum ex sequentibus, nam metaphorico q̄ sermone subiungit spirituales hostias. Ex his em̄ manifestū fit q̄ metaphorice quoq; loq̄tur de sacer- dotio exhortans fideles vt accedentes ad Chꝛistiū spiritualibus pedibus, tanq̄ viui lapides supedi- centur in sp̄uales domos ⁊ in spirituale sacerdotiū

Leuiticum tertium de sacerdotio. xliij.

ad offerendum spirituales hostias.

Ubi clare patere potest totum sermonem esse metaphoricum, et significari per hoc sacerdotium virtutis quo aliquis offert opera virtutis deo: ut supra diximus. In cuius signum appellatum est sacerdotium sanctum, a sanctitatis virtute, cuius est afficere animum ad diuinum cultum: sanctitas enim licet credatur illamet virtusque est religio: in hoc tamen ab ea differt, quod ipsa primo respicit animum, religio vero opera. Unde vacantes exteriori cultui diuino, religiosi appellantur: sancti autem minime, nisi animo mundo ad diuinum se habeant cultum. Ad mundo igitur animo offerendum virtutis opera deo hortatus est, dum in lectum sacerdotium perhibere christianos studuit. Nec hinc sequitur aliquid inconueniens aut dedecus sacrae scripturae: quoniam aliud est improprie loqui, et aliud est metaphorice loqui: ut patet, et metaphorica locutio frequens est in sacra scriptura. **A**d id vero quod deinde dicitur de spiritualibus hostiis, an meliores sint etc. respondeo tria, praemissa tamen prius ratione nominis. Actus virtutis interioris elicitus et exterioris impati, si ad honorem dei fuerit, dicitur spiritualis hostia eadem ratione quia hostia sunt secundum spiritum: sicut domus spiritualis dicitur quia domus est apud spiritum. Interior autem virtutis actus ad deum relatus dicitur spirituali etiam ratione hostia spiritualis, scilicet ratione materiae, ita quod est utroque modo spiritualis: et vocatur sacrificium inuisibile a sanctis doctoribus.

Primum itaque est, quod spirituales hostiae secundum rationem hostiae, sunt diminutivae hostiae: hoc est sicut hostiae secundum quod, et non simpliciter. Ita quod licet spiritualis est conditio quasi diminuens rationem hostiae, seu dicens hostiam secundum quod hostia enim simpliciter et absolute nomen est corporalis sa-

Sentaculum tertium de sacerdotio.

erificij. Exēplum. Domus est nomē rei corpalis, & p̄pterea domus spūalis nō est dom⁹ simplr, sed metaphōrice seu secundum quid.

¶ Secundū est, q̄ p̄parando hostias spūales hostijs absolute q̄ sūt sacrificia corpalia, meliores sunt simplr hostie spirituales. Et ratio est: q̄a hostia spiritalis est v̄tutis reddentis hominē deo gratū, & q̄ nemo pōt male vti, sacrificia aut̄ stant cū immūdo animo, & ille sunt p̄prie bonis, iste aut̄ cōes sunt bonis, & malis, vñ Isa. i. dñs dicit, quo mihi multitudinē victimarū v̄faz: incēsum abominatio est mihi. Et tandē rōnem reddēs subdit manus v̄e sanguine plene sunt. Et dñs in euāgelio Mat. ix, euntes discite q̄d est misericordiā volo & nō sacrificiū q̄d scriptū est Osee, vi. vbi adiungit̄, & sciētia dei plus q̄ holocaustū misericordia em̄ & sciētia dei spirituales sunt hostie.

¶ Tertium est q̄ hostia non testamēti in seipsa quidē melior est omnibus: quā sit ipse Ch̄s deus noster. Sed oblatio eius ex pte offerētū nō est melior hostijs spiritalibus: sed quāq̄ est pessima: vt patet. Quā Petrus ergo apostolus ad offerēdas spirituales hostias inducit, ad meliores offerētibus inducit: quānis ad diminutiones in ratione hostie.

Et hec de tertia questione, Posonij
in festo Pauli primi heremi
te. M. D. xxiij.

Incipit quartum Ieraculum
de nouem beatitudinibus
Euangelicis.



Currunt Quarto euangelice
beatitudines tractā
de, posite Mat. v.

Circa quas antequam singule tra-
ctentur, quinq; occurrunt quesita.

Primum cur dominus in principio has beatitudi-
nes proposuit, secūdo cur multas, tertio cur tot, id
est nouem, quarto cur pluraliter. Et quinto an gra-
datim enumerentur.

Ut ad primum quidem quesitum, respōdetur do-
minum in principio legis euangelice beatitudines
proposuisse duplici ratione. Altera est quia sunt fi-
nes: quia perfectiones iste que vt beatitudines pro-
ponuntur, sunt in presenti vita ⁊ fines. Quod ex
eo patet, quod quelibet proponitur vt vestita beati-
tudinem ex ratione finis vltimi in patria, in qualis-
bet siquidem beatitudine ponuntur quattuor.

Primo perfectio aliqua: puta esse pauperem spiri-
tu, esse mitem ⁊c. Secundo ratio beatitudinis in v-
bo beati, Tertio derivatio beatitudinis in verbo
qm̄. Quarto finis vltimus in patria: puta regnū ce-
lorum, possidere terram ⁊ cete. Quia ergo in qua-
libet beatitudine ponitur finis vltimus futurus in
alia vita (puta regnum celorum ⁊c.) ⁊ hic finis po-
nitur vi ratio beatus actum propinquū tali fini, pu-
ta esse pauperem spiritu, esse mitem, ⁊c. psequēs est
vt quilibet sit finis: beatitudo em̄ habet rōnē finis.

f uij

Tentaculum quartum de beatitudinibus

Et merito, nam diuisimodi actus propinqui tattu-
re vite, sunt sup̄me p̄fectiōes huius vite: ⁊ ideo ha-
bent rationē finis. Et p̄pterea saluator sapientissi-
me in principio euangeuce legis p̄posuit utrūq; fi-
nem: ⁊ eum scilicet ad quem tādē tendimus asse-
quendum in patria: ⁊ eum seu eos quibus mediāti-
bus in hac vita appropinquam⁹ ad finē celestis pa-
trie, finis em̄ habet rōnem principij in opabilibus:
q̄a ex fine sumitur ratio operandi.

Et hinc habes quam differenter a Philosophis
saluator docuerit felicitatē huius vite. Illi nāq; q̄
suerunt huius vite felicitatem absolute, hoc est in se
ipsa: saluator autē docuit huius vite felicitatem rela-
tine ad eternū patrie gaudiū: ⁊ ideo vt dictum est,
ponens beatos, apponit quoniā ipsorū est regnū
celoz, aut aliquid simile. Et propterea illi posuer-
unt nostram hic beatitudinem quasi premium vlti-
mum: saluator autem ponit nostram hic beati-
tudinem vt meritum propinque patriens eternum
in futuro premium.

Altera ratio est: quia huiusmodi p̄fectiones ra-
tionem habent exemplaris, ad quod in hac via in-
spiciendo mensurare possumus quantū proficiam⁹
⁊ quantum deficiamus a perfectionis apice: vt quū
aliquis circa ea q̄ sunt māsuētudinis curat, p̄ficere,
mensuret se aspiciendo ad beatitudinē qua dicit be-
ati mites. Et sic de alijs.

Ad secundum quesitum (cur non vnam sed mul-
tas posuit beatitudines) respondetur qđ quemad-
modum in domo celestis patris mansiōes multas
esse docuit, ita multas beatitudines esse in hac vita
reuelauit, quasi vias multas p̄ducentes ad celestē

Ientaculū quartū de beatitudinib. xlv.

patriam: vt hinc disceremus non ene felicitatem euangelicam in hac vita sicut felicitas quam studuerunt ponere diuerse philosophorum secte, quarū vna excluderat aliam, ita q̄ non erat felix, verbi gratia, apud peripateticos, nisi perueniens ad contemplationem sapientie. &c. **E**ubustus enim posuit sic beatos in hac vita pauperes spiritu, vt poneret etiam beatos imites, & rursus poneret etiam beatos misericordes, &c. ita vt qui misericordie perfectione esset beatus, non excluderet eum qui mūdicia cordis beatus esset: & sic de alijs. **M**onstraturq; hinc eōmunes esse toti humano generi beatitudines vite huius: dum alius sic & alius sic ire potest.

Ad certum quæsitum de certo numero, respondetur nouem apud Mattheum a domino propositas beatitudines consistentes in nouem sequentiū perfectionum: verum septem primæ (que sole consueverunt a multis dici beatitudines) consistunt in septem studijs agendi: vltime vero due consistunt in perfectione non agendi, sed patiendi. **Q**ue inter se distinguuntur ex diuersa patiendi ratione: dum ratio patiendi in octaua est deitatis confessio secundum quancunque virtutem absolute: in nona vero ratio patiendi est confessio verbi incarnati, qd̄ specialē ingerere difficultatem immensitas mysterij monstrat. **S**ed ad hoc quæsitum plenior responsio post discussas omnes beatitudines apparebit. non pretereundo q̄ ideo sole primæ septem computantur beatitudines, quia sole ipse sunt in potestate studij nostri posite, vtpote in actionibus nostris consistentes. nam relique due non sunt in potestate nostra: persecutiones enim in iniquorum potestate

Tentaculum quartum de beatitudinibus sunt: et si nemo nos persequitur, nullus est qui patitur persecutionem propter iustitiam: aut propter Christum. Septem igitur sunt beatitudines absolute: novem autem suppositis persecutionibus contra iustitiam et contra Christum,

Ad quartum autem quesitum (cur quilibet beatitudo pluraliter proposita sit, dicendo beati) respondetur hoc ideo factum esse, ut in qualibet beatitudine multitudo comprehenderetur infinita hominum qui possent si vellet esse secundum illam beatitudinem. Ita ut non solum multitudo beatitudinum multitudine monstraret beatorum, sed quilibet beatitudo multos comprehendat in hac vita beatos: dum non singulariter dicitur beatus, sed pluraliter dicitur beati.

Ad quintum quesitum ne idem pluries repetat, servanda est responsio post declaratas singulas beatitudines: tunc enim pro intellectis ipsis beatitudinibus, gradus earum apparebit.

Circa Primam beatitudinem, scilicet beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum celorum, scito duplicem inveniri expositionem. Primo ut declararetur perfectio hominis in ordine ad bona temporalia: quales sunt divitiarum, agrorum, domus, et huiusmodi. Secundo ut declararetur perfectio hominis in ordine ad quaecumque magnificentia hominum: ut sunt gloria, fama, dignitas, scientia, sanitas, pulchritudo, et cetera. Et iuxta primum sensum, paupertatis nomen proprie sumitur: spirituali, non quomodolibet, sed per modum impulsus seu affectus. Ita quod esse pauperem spiritu, est velle

Ientacul. quartū de beatitudinib xlvi.

spirituali ratione, et impulsu seu affectu paupertatem, siue secundum exteriorem possessionem sit pauper siue non.

Quod ut plenius intelligas, recole apud philosophiam moralem duas inueniri virtutes circa dispositionem hominis in huiusmodi rebus: liberalitem scilicet et magnificentiam: satis enim bene dispositus est moraliter homo in usu huiusmodi exteriorum bonorum si est liberalis in mediocribus, et magnificus in magnis. Lex autem diuina in veteri testamento altiorē videtur ingerere perfectionem, auertendo interiorē affectum ab huiusmodi bonis, diuitie, inquit, si affluant, nolite cor apponere. Et rursus, beatus vir qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunie thesauris, quis est hic, et laudabimus eum.

Euangelica autem doctrina perfectionem animum format, ad contrarium paupertatem scilicet cor vertens. Et hoc dupliciter. Hoc est vel ad statum paupertatis: iuxta illud, si vis perfectus esse, vende omnia que habes, et da pauperibus, etc. Vel ad internū meritū paupertatis: iuxta hanc beatitudinem, beati pauperes spiritu. Vbi videre potes ad quantum perfectionis apicē ascendit pauper spū, superato tam liberali quam magnifico recte utere temporaliū bonis, superato quoque tollente affectū suum ab huiusmodi bonis, dum affectū suū ad contrarium paupertatis, scilicet habet. Et quia paupertas non est laudabilis in se, ideo non est dictū, beati pauperes voluntate sed spū, hoc est voluntate spirituali: qualis est voluntas paupertatis propter bonum spirituale. Et quoniam huiusmodi spiritualis voluntas inueniri potest vel per modum acceptantis (cuiusmodi est voluntas hominis parati sustinere, pro

Tentaculum quartum de beatitudinibus.

ter bonum spirituale paupertatem si illata fuerit) vel per modum affectus seu impulsus (cuiusmodi est voluntas desiderantis propter bonum spirituale paupertatem) et hic modus longe prestantior est, et significatur per nomen spiritus, ideo descripti hoc in loco pauperes spiritu, ad summum perfectionis apicem secundum internum meritum perueniunt. Nec minores sunt merito essentiali his qui ob perfectionis studium exteriora relinquunt ut sequantur. Quibus facerent siquidem pauperes spiritu, si viderent expedire.

Aduerte hic tam per hoc quod pro alijs beatitudinibus, constitui beatitudinem in perfectionis apice sic ut progressus et distinctio incipientium, proficientium et perfectorum admittatur in qualibet. Et perfecti quidem beati absolute dicuntur, alij vero quantum sapiunt illius perfectionem tantum sapiunt et beatitudinis. Verbi gratia, iuxta hanc beatitudinem perfecti sunt qui voluntate spirituali per modum impulsus afficiuntur ad paupertatem: et simpliciter dicuntur beati pauperes spiritu. Ut proficientes vero sunt, qui spirituali voluntate parati sunt paupertatem si venerit sustinere. Et quasi incipientes sunt, qui affluentibus diuitijs cor non apponunt. Unde et utriusque a beatis pauperibus spiritu, non omnino excluduntur: sed inter ipsos quodammodo computantur. Et sic de similibus. Nec de primo sensu.

Iuxta Secundum autem sensum, quo optima dispositio hominis ad quecunque ipsum magnificentia describitur, paupertatis nomen metaphorice sumitur: et significat insufficienti

Ientacul. quartū de beatitudinib. xlvij
am hominis ex seipso. Et bene nota q̄ non signifi-
cat insufficientiam hominis, sed insufficientiā ho-
minis ex seipso.

Quod vt plenius intelligas, recolito homines
sicut ⁊ quamlibet rationalem creaturam duo ha-
bere. Alterum ex seipso, ⁊ hoc est insufficientia ⁊ v-
niuersaliter defectus. Alterum ex diuina largitate,
⁊ hoc est sufficientia ⁊ vniuersaliter bonum. Docu-
it hanc distinctionem apostolus ij. ad Cor. ij. scri-
bens, nō q̄ sufficientes simus cogitare aliquid a no-
bis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est.
Vnde manifeste cernis apostolum distinguere id
quod conuenit nobis quasi ex nobis, ⁊ hoc esse in-
sufficientiam, ⁊ id quod cōuenit nobis ex deo, ⁊ hoc
esse sufficientiam.

Quod vt plenius adhuc intelligas, accipe exem-
plum ab aere illuminato siue a sole siue a lucerna:
est enim ibi distinguere id quod conuenit aeri ex se,
⁊ id quod conuenit aeri ex illuminante. aer nanque
ex se nullum habet lumen, sed quātum est ex se, sem-
per est tenebrosus: quicquid autem luminis habet
⁊ quicquid potest ex lumine quod habet, ab illumi-
nante habet. Sic quoq̄ in nobis inuenitur: quod
nos ex nobis nullum habemus bonuz, sed defectus
⁊ insufficientie pleni sumus, ex deo autem habem⁹
quicquid boni habemus. Et sicut in aere quantū-
cunq̄ illuminato semper durat tenebrositas quan-
tum est ex parte aeris (quia semper aer quātum est
ex se tenebrosus est) ita in homine semper perseue-
rat secum insufficientia huiusmodi: quia quantum-
cunq̄ perfectus non solum in hac via sed in patria
bomo sit, semper hanc conditionem retinet q̄ q̄

Ientaculum quartum de beatitudinibus.

tum est ex se insufficientis ac defectiuus propter quod de beatis angelis scriptum est, tremunt potestates. **B**ona siquidem a deo nobis collata, non ad hoc conferuntur ut tollant huiusmodi insufficientiam, sed ut faciant nos ut dei ministros idoneos ac bonos, sufficientes, &c. Ita quod nos tanquam ex nobis, semper insufficientes inuenimur: et nosmet tanquam dei cooperatores, et ministri, potentes, scientes, boni et vniuersaliter sufficientes inuenimur. **N**abes ergo ex his omnibus quid metaphorice paupertatis nomine in proposito intelligamus: scilicet insufficientiam hominis ex seipso. Spiritus nomine interiorum affectuum per modum impulsus intellige.

Restat ut explanet quid significat hoc coniunctum, scilicet paupertas spiritus. **N**on enim significat proprie loquendo habentes pauperem spiritum, unde et dominus non dixit, beati pauperes spiritu, quod significaret habentes pauperem spiritum. **E**t in promptu ratio est: quia spiritus non debet esse pauper, sed magnus et diues: pusillus enim spiritus vitium est, sicut et paupertas spiritualis. **S**ed significat utentes in suo spiritu, id est, affectu, paupertate dicta, hoc est insufficientia propria.

Quod ut plenius intelligas, considera huiusmodi paupertatem seu insufficientiam non esse de genere bonorum seu laudabilium, neque de genere peccatorum seu vituperabilium, sed conditionem necessario concomitantem rationalem creaturam. **E**t licet ipsa insufficientia, non sit in se laudabilis, usus tamen eius secundum rectam rationem valde commendabilis est. **D**icitur autem recta ratio ut huiusmodi insufficientia utamur dupliciter ista dominus et affectibus nostris. **P**rimo ut remouete phis-

Ientaculū quartū de beatitudinib.

habent conformes huiusmodi paupertati. Et hoc a multis doctoribus appellat paupertas spūs.

Summa autem perfectio in huiusmodi paupertatis usu consistere videtur, in hoc q̄ homo quum deliberate operatur intus vel extra, nō solum ex electione deliberata et ex humilitatis habitu inclinante, sed per modum impulsus seu impulsivi affectus utatur seipso tanquam insufficiente: et rursus q̄ homo in affectibus suis quos quasi non deliberando habet utatur seipso tanquam insufficiente, tanquā is qui spiritu dei agitur. Et ad tam eminentem perfectionem designandam nomine spiritus saluatoris usus est, dicens: beati pauperes spiritu.

Quo fit ut paup̄ spiritu excedat non solum communem apud morales philosophos, qui contra moralem superbiam recte dispositus ponitur, sed etiam humilem apud sacram doctrinam, qui contra reuelatam superbiam bene dispositus est: quāto spiritus reuerentialis timoris dei prestatio est utroq̄. Et humilitatis quidem exemplum atq̄ magistrum se dominus exhibuit dicens: discite a me quia humilis sum corde: reuerentialis autem spiritus efficaciam in ipso domino scripsit apostolus, q̄ in omnib⁹ exauditus est pro sua reuerentia.

Et extenditur autem hec beatitudo ad quęcumq̄ magnificantia hominem (sive sint exteriora bona, sive corporis sive anime, tam naturalia q̄ gratuita) magnificamur enim ex diuinitis gloria, honore, laude, sanitate, pulchritudine, ingenio, sciētia, pietate, et demum infusis diuinis donis, ex quib⁹ periclitamur ne sufficientiam quam in nobis tanquā dei ministris ponunt usurpemus nobis ipsis: unde

Ientaculū quartū de beatitudinibus xlix

Paulus dicebat, ne magnitudo reuelationū extol-
lat me &c. Et p̄pterea qui ad hanc beatitudinē p̄ue-
niunt, hi sunt qui implent preceptum Petri aposto-
li, ad omnia se habētes vt cooperatores & ministri
dei. Est enim, vnusquisq; sicut recepit gratiam in al-
terutrum illam adminutantes sicut boni dispensa-
tores multiformis gratie dei: si quis loquitur quasi
sermones dei, si quis ministrat tanquam ex virtute
quā administrat deus, vt in omnibus honorificet
deus. Et simile est de alijs operationibus precep-
tum intelligendū: quoniam eadem est ratio omnia-
rum. Et quoniam eternas nostras dispositiones ex
delectatiōe & tristitia cognoscimus & mensuramus,
si quis seipsum nosse vult quantum vtatur vel nō vt-
tatur seipso vt insufficiente in operibus suis, aduer-
tat quantum tangitur delectatione quum magni-
ficatur, honoratur, laudatur &c. ab alijs, aut etiam
quum sibi occurrit se estimari, magnificari, laudari
&c. & similiter quantum tangitur tristitia, quum cō-
traria horum de seipso occurrunt in animo, vel ab
alijs inferunt. Qui em̄ h̄mōi delectatiōibus vel tri-
stitijs tāgit, paup̄ spiritu nō est: quoniam paup̄i sp̄iri-
tu nihil est admirabili⁹ p̄pria laude, nec gaudet aut
tristat de huiusmodi, nisi p̄ quāto deus in suo mi-
nistro honoratur vel dehonozatur.

De premio Autē huins beatitudinis (scili-
cet quā ipsorum est regnum celo-
rum) duo dicenda essent. Primum cur regnum celo-
rum respondet huic beatitudini.

Secundum cur hoc p̄minum significatur p̄ v̄bum
p̄sentis t̄pis, quū in alijs beatitudinibus ponat̄ v̄-
bū futuri t̄pis. Et hec secunda dubitatio cōmunis

¶

Tentaculum quartum de beatitudinibus
est etiam octave et nonne beatitudini: quonia in his
tribus significatur premium p verbu presentis tem
poris, in reliqs vero sex p verbu teporis futuri. Et
rursus in his tribus significatur p verbu substanti
uum, scilicet e, in alijs vero p alia vba videbant, co
solabuntur &c. Sed hec communia in fine omniu
beatitudinum dicentur.

Ad primu autem in poptu est responsio ex illa di
uina regula, q se humiliat exaltabitur. Rationis si
quide ordo possit, vt q voluntario spiritu paup
te amplexus est, aut seipsum abiecit vtendo seipso
vt insufficiente, exaltetur in regni celestis diuitias,
celitudinem dignitatem, gloriam &c. q regni nomi
ne importatur. Et hec de prima beatitudine.

Circa Secunda beatitudine (beati mites,
quia ipsi possidebunt terram) ad
uertendum est mitem respicere duas materi
as: quaru pncipalis est vindicta, secundaria aut ex
terior mos. Et quantum ad vindicabilium materi
am spectat, mites dicuntur q no vincuntur a ma
lo, sed vincunt in bono malum: no enim vincuntur
a malis iniuriarum, ire, pturbatiois et tristitie, sed
impturbati et imutati, accessibiles et tractabiles p
manent, sicut prius erant antequa huiusmodi vin
dicabilia occurrerent. Vincunt autem in bono ma
lum, dum affabiles, vtilis, ac suaves seipsum exhibe
rent his qui puniendi seu obiurgandi occurrunt.
Et hoc proprium videtur esse mitis, vnde appa
ret quod mitis superat lenem, mansuetum ac clemē
te, du placita suauitate seipsum impugnatibus ex
hibet etia vtilem.

Ientaculū quartū de beatitudinibus I.

¶ Est autē perfectio hec tanta, vt saluator ipse magistru ac exēplū eius spiritaliter se exhibuerit, dicens, discite a me q̄a mitis sum, ⁊ deū mereatur habere pro interno doctore: iuxta illud, docebit mites vias suas. Et Moyses, de quo nu. xij. scriptū est quod erat mitissimus super oēs homines qui morarētur in terra, creditur a Diony. ob hanc virtutē habuisse tantā cū deo familiaritatē. Apparet quoq̄ excellentia eius, ex eo quod religionē ipsam reddit deo acceptabilem: testante hoc David, qui vt sua in deū religio mēorabilis apud deū esset propriā interponit mansuetudinē que minus quid est quā mititas, dicens, memēto domine David, ⁊ omnis mansuetudinis eius: sicut iuravit domino, votum vouit deo Jacob: si introiero in tabernaculū domus mee ⁊c. donec inueniā locū domino tabernaculū deo Jacob ⁊c. Votum siquidē ⁊ iuramentum de inueniendo tam solícite locū domino, quod fecerat mansuetudine interposita, memorabile apud deum proponit, vnde multo magis acceptabilis foret, si mititas fuisset allegata.

¶ In secundaria vero materia (hoc est in morib⁹) superat mitis modestū ⁊ affabilē: dū sicut in animo ita ⁊ in suis moribus exterioribus placita suauitate omnibus se exhibet, ⁊ sicut fructus arborū mitis ad se allicit. Quocirca total ter (hoc est in vtraq̄ materia) mites merito beati sunt: vtpote suoz morū intus ⁊ extra possessores.

Et iure Assignatur eis, p̄ p̄mio possessio terre: vt q̄i hac vita iura sua, p̄seq̄ noluerūt ad supandos occupatores, fiāt possessores terre, nō instabilis aeris, aut fluctis aque bonoz t̄paliū,

Ientaculum quartū de beatitudinibus
sed solide ac firme terre viuentium.

Circa Tertiam beatitudinem (beati qui
lugent, quoniam ipi consolabun-
tur) occurrit statim questio cur lugere sine
bonificante aliquo positum est inter beatitudines:
quum lugere non sit de genere bonorum, sed com-
putetur potius inter mala: quum tristitia sit mala
nature (iuxta illud ecclesiastici, xxx. multos occidit
tristitia, et non est utilitas in illa) et non sit bona mo-
raliter, immo vt dicitur vij. Eubi. prudens non in-
tendit tristari. Et augetur questio ex eo, quod pau-
peritas posita in prima beatitudine, quia non erat
de genere bonorum, posita est cum adiuncto boni-
ficante, dicendo beati pauperes spiritu, et non ab-
solute beati pauperes: hic autem sine adiuncto bo-
nificante dicitur beati qui lugent.

Occurrit quoque questio altera, cur inter beatitu-
dines annumeratus est luctus et non gaudium. In
nulla enim harum beatitudinum dicitur beati qui
gaudent: quum tamen gaudium magis pertineat
ad regnum dei quam luctus: scriptum est enim,
regnum dei est iustitia, pax, et gaudium in spiritu
sancto.

Ad primam Questionem respondetur,
de tristitia posse loqui dupli-
citer, vel absolute, vel ex suppositione presentiu-
um malorum. Et absolute quidem neque est bona
naturaliter neque moraliter: quoniam et nocet natu-
re (vtpote inquietudo eius) et nullam habet ratio-
nem moralis boni. Et sic a prudentibus refugit-
ur. Suppositis autem presentibus malis, tristu-
tia bona est; vtpote consequens et ad naturaliter et

Tentaculum quartum de beatitudinibus li,

ad moraliter bonos actus, ponit enim tristitia pre-
suppositi presentis mali in parte cognoscitiva sensa-
tionem seu perceptionem, in parte vero appetiti-
ua refutationem. Et ambo bona esse ex eo patet,
quod male dispositus est qui presentia mala aut non
percipit aut non refutat: vtpote insensibilis seu stu-
pidus si non percipit, et corruptus si non refutat: ex
his enim duobus bonis fit tristitia. Et quia in du-
bium non vertitur, sed constat mala esse in hac vi-
ta, ideo tristitia si alias habet circumstantias, inter
bona computari potest in statu presentis vite.

Nec est posita a domino inter beatitudines sine
aliquo bonificante: sed bonificatio eius ex parte ma-
terie significata est ex hoc ipso quod dictum est bea-
ti qui lugent, non hoc vel illud, sed qui lugent abso-
lute. Ex hoc enim significantur qui lugent non ob ma-
lum secundum quid (quale est omne malum tempo-
rale) sed ob malum absolute: quod solum est id quod
est contrarium absolute bono: quod est vita eter-
na. Ita quod dicendo beati qui lugent, dixit bea-
ti qui lugent ob mala presentia contraria vite eter-
ne, et sic bonificavit luctum ex parte materie. Rur-
sus bonificatus est luctus ex parte agentis seu luge-
tis, ex hoc ipso quod significatus est per modum a-
ctionis proculdubio humane, ac per hoc volunta-
rie, ex hoc ipso enim quod ponitur non quasi illa-
ta passio, sed quasi assumpta voluntarie actio, ad
ordinem moralium et meritoriorum actuum transferretur: luge-
re siquidem non est tam tristitia quam tristitie effe-
ctus, sicut flere. Unde et lugere dicuntur tam viri
quam mulieres, quandiu lugubres se exhibent ob
mortem carorum vel aliquid huiusmodi, et dominus

S ij

Ientaculū quartū de beatitudinibus

ad Samuelem primi Reg. xvi. ait. vsq; quo tu luges Saul: quū ego abiecerim eū, tanq̄ in potestate Samuelis esset lugere, est igitur actio quedā.

¶ Et si bis iunxeris, q̄ lugere est secundū se triste et amarū qd, resalabit hinc qd lugere importat voluntaria actionē tristē seu amarā, ac p hoc vt medicinalē actionem assumptā, voluntas siquidem recta non assumit huiusmodi amara nisi sicut medicus vtitur medicinis: quoniam ex se non habent rationem appetibilis, sed propter aliud. Vnde lugere ex hoc ipso quod significatur vt tristis actio voluntaria seu humana, bonificatum est mensura recte rationis ac voluntatis. Et dicendo beati qui lugent, significati sunt qui officiose lugent, et ex integro significationē aduādo, quū dicitur beati q̄ lugent, significantur beati q̄ officiose lugent ob presentia mala contraria vite eterne. Et propterea nō opus fuit aliquod adiunctū bonificās explicite apponere, sicut in prima beatitudine appositum est, paupertas em̄ nō habet rationē actiōis, sed significat vt defectus: et p̄pterea indignit adiuncto bonificāte. Secus aut̄ est de luctu significato absolute p̄ modū actionis humane: vt declaratum est.

Ad secundam Vero q̄stionē dicit, q̄ q̄ beatitudines p̄fectiones summe ponunt, et gaudium p̄sentis vite inchoationis magis q̄ p̄fectionis rationē habet. Quoniam extinguit quoddam initium est eterni gaudij: vt pote carens presentia boni eterni de quo est. Video inter beatitudines nō est p̄putatū secundū seipsum. Sed nec omnino p̄termisum est: qm̄ positū est in suis radicibus in sexta et septima beatitudine: qm̄ mūdicia cor

Ientaculū quartū de beatitudinibus lii.

dis iuge cōmuniū est, et pax gaudiū magnū parit. Explicauit nihilominus dominus in nona beatitudine gaudium, non vt ipsam beatitudinē, sed vt annexum, dicens, gaudete et exultate, quoniam merces vestra etc.

¶ Locus autem merito inter beatitudines locatus est: quoniam maximam ponit pfectionē in viatoribus inter tot et tanta mala presentis pegrinationis constitutis. Quod si non percipis, circumspecte presentia mala a vita eterna abducētia (puta quod quādiū sumus in corpore pegrinamur a dño et a patria celesti, quod caro cōcupiscit aduersus spm̄, quod tot mala pctōz p̄piorz et alienoz p̄tinue emergunt, quod creature facte sunt in odiū et in tētationē aie hominū et in musculā pedibus insipientiū, quod cogitationes mortaliū timide et incerte puidētie nostre, et alia h̄mōi) et videbis quod insensati sumus quod hec p̄sentia nobis mala nō sentimus, et si percipimus, quod alieni a sp̄uali natura et vita sumus si nō displicēt: et si displicere vident, si nō p̄pterea tristamur seu lugemus, sed p̄ransimus quasi n̄ra nō intersit, quasi in somnis h̄mōi mala videam, quasi nō v̄e displiceāt. Et tunc poteris suspicere in celsa milloz pfectionē quod hec sentientes et abhominātes (vtpote habētes p̄ psuetudine exercitatos sensus ad discretionē boni et mali) ligēt, aut cū David, ben mibi quia incolat⁹ meus p̄logatus est: aut cū paulo, infelix ego homo quod me liberabit de carcere mortis hui⁹: aut cū Ezechia, recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aie mee aut cū p̄pheta, vidi p̄uaricātes et tabescebā quia eloquia tua nō custodierunt: et similibus. Et sic videbis quam necessariū fuerit in cathologo beatorū

Ientaculū quartū de beatitudinibūs

rum in hac vita, ascribere etiam beatos qui lugent.
Et merito: quū enim delectabilia mūdi huius plurimum a virtute abducant, multeq; sint propterea bone animi dispositiones seu virtutes 'posite circa delectationes et tristitias (vt continentia, abstinentia, sobrietas, temperantia, et penitentia) longe excellentior perfectio lugentium inuenitur, qui non solum a delectationibus se alienant, sed ad contraria se eriperunt assumēdo voluntarium luctum: sortiti a celesti patre in hac pegrinatione irriguū inferius et irriginum superius, non vano aut sterili luctui vacantes, sed seminantes in lachrymis: hoc est semētina virtutem lachrymis luctus tribuentes in vitam eternam fructificantem.

Sub hac beatitudine comprehenduntur qui in hac vita statū voluntarij luctus sumūt, p celesti patria: vt sunt religiosi et alie persone abrenunciātes delicijs et delectationibus carnis ac mundi, et dei seruitio in puritate se mancipantes in veritate.

Quibus premium suapte natura debitum referuatur, quoniā ipsi consolabuntur in celesti patria.
Hec de tertia beatitudine.

Circa Quartam beatitudinem (beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniā ipsi saturabuntur) dubium statim occurrat an iustitia in proposito sumatur generaliter pro rectitudine seu bonitate qua recti seu boni dicimur iuxta quod scriptum est, iustus ex fide viuūt.

Vel specialiter, vt specialis virtus est reddens vnicuique quod suum est, de qua scribitur, diligite iustitiam qui iudicatis terram.

Contrarij cū ambiguitatis ratio est. Nā si sumit

Ientaculum quartum de beatitudinib. liij

generaliter iustitia, sequitur q̄ beatitudo hec communis est reliquis beatitudinibus: quia quelibet alia beatitudo aliquam specialem bonitatem seu rectitudinem ponit, et sic relique beatitudines comprehenderentur sub ista tanquam species sub genere, quod est absurdum. Si autem sumitur iustitia specialiter, sequitur primo quod ad hanc beatitudinem ponatur spectare desiderium punitionis malorum puta q̄ homicida occidatur, q̄ latro suspendatur, et quoniam punitiones huiusmodi, iustitie sunt. Sequitur secundo, ad hanc beatitudinem spectare desiderium punitionis proprie, hoc est, q̄ ipsemet puniatur iuxta propria demerita: quoniam hoc iustitia est.

Utrunq̄ autem horum apparet inconueniens. Et primum quidem repugnat secunde beatitudini qua mites non solum elongant se a punitionibus, sed puniendis vtilis se exhibent. Secundum autem contrariatur communi viatorum desiderio: in quo persona propheta dicit: non intres in iudicium cum seruo tuo. quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens: qui enim hoc petit, proculdubio desiderat se non subijci iudicio punitiuo.

Ad hanc Dubitationem dicitur, q̄ vtroq̄ modo intelligi pot̄ hoc in loco iustitia. Et si intelligitur iustitia specialis, que reddit unicuiq̄ quod suum est, sistendum est in hoc q̄ est sermo de iustitia absolute et non de iustitia tali (puta punitiua seu vindicatiua) et similiter est sermo de iustitia absolute, et non de iustitia in hoc: iustitia autem absolute, bonum iustitie importat. Et per hoc

B V

Ientaculū quartū de beatitudinib.

ad beatitudinem hanc directe spectat desiderare iustitiam absolute, hoc est, bonū iustitie: ex consequēti autem seu in casu necessitatis ad eandem spectat, non refugere iustitiam talem, et similiter non refugere iustitiam in hoc.

Et hinc solvantur obiectiones, utraq; namq; obiectio de desiderio iustitie punitive, soluitur per hoc quod non est hic sermo de iustitia tali, sed de iustitia. **N**on petriū non petit peccator, dñm refugit iudiciū: quoniam fugiendo unum modum iustitie, petit alium iustitie modum: fugit enim iudicari secundum propria merita, appetendo iudicari secundum merita Christi: iuxta verbum Pauli ad Phil. iij. ut inueniar habens iustitiam que est ex fide Jesu Christi. **U**nde et ibidem propheta petit, exaudi mei tua iustitia: manifestās per hoc, appetere se iustitiam dei, fugere autem iustitiam propriam.

Si autem intelligitur iustitia generaliter pro bonitate seu rectitudine, optime quadrat, nec sequitur aliqd absurdum. **T**um quia alie beatitudines non attendunt ad formalem rationem generalis iustitie sed ad quasdam speciales rationes: ut patet discurrendo per singulas. **E**t propterea formaliter loquēdo non se habent alie beatitudines ad istam ut species ad genus. **T**um quia beatitudo ista attenditur penes perfectionem humani desiderij, quod in nulla alia beatitudine attenditur: ut patet discurrendo per singulas. **C**onsurgit siquidem beatitudo hec ex inopia bonorum seu bonitatis inuente in presenti vita, sicut precedens beatitudo (scilicet beati qui iugent) consurgit ex copia malorum presentis vite. **I**ta q; sicut ibi ex abundantia malorum que in hac

Ientaculū quartū de beatitudinib. I iij

peregrinatione inueniuntur, pfecti lugent, sic ex inopia bonitatis inuente in hoc exilio perfecti esuriunt & sitiunt bonitatem. Et propterea magis consonat literalī sensui sumere iustitiam generaliter q̄ specialiter.

Est autem desiderium hoc non appellatum desiderium sed fames & sitis multiplici ratione. Tum vt ostendatur vehementia desiderij: tam em̄ fames q̄ sitis vehementem appetitum importat. Tum vt ostendatur quasi naturalitas, q̄ quemadmodū tā fames q̄ sitis ex natura prouenit, ita desiderium vehemens iustitie vt naturale inest pfectis s̄m naturam spiritualem, s̄m quam ex deo nati sunt: iuxta illud, quod natum est ex spiritu spūs est. Tum ad ostendendam qualitatem indigentie, q̄. s. perfecti desiderant iustitiam seu bonitatem tanquā cibum et potum, quo indigent esurientes & sitientes. Tum ad ostendendam integritatem desiderij, & ex parte desiderantis: quia scilicet vtrunque desiderium habet famem & sitis, hoc est, anime & carnis: iuxta illud, sitiuit in te anima mea quā multipliciter & tibi caro mea. Et ex parte iustitie desiderate vt completi alimentum respondentis fami & siti: quoniam perfecti desiderant bonitatem omnifariam.

Locata est igitur in hac beatitudine perfectio eorum qui esuriunt & sitiunt iustitiam (hoc est iustitie bonū) vsq; adeo inueniri & sic vnicuiq; dari qd suum est, quoad vsq; ad hoc perueniatur vt de⁹ sit omnia in om̄ibus, in hoc enim consummabit̄ ois iustitia: quum deus erit in omnibus rō omnium, et esuriunt ac sitiunt iustitiam (hoc est rectitudinē bo

Tentaculum quartum de beatitudinibus.

Item 3) inueniri ac augeri quo ad usque deus sit
in omnibus: in hoc enim consistit consumma-
tio omnis bonitatis. Et merito perfecti semper in
hac vita esurire et sitire ponuntur iustitiam: quia tan-
tum est hic penuria iustitie ut semper esurientes, et si-
tientes relinquat: iuxta illud: qui edunt me adhuc es-
suriunt, et qui bibunt me adhuc sitient. Quo fit ut
perfectio iustos superet: sunt enim plus quam
sati, quibus non sufficit quod ipsi sint iusti, sed esuri-
unt et sitiunt iustitiam magnificari. Et sunt plus quam
boni, quibus non sufficit quod ipsi sint boni, sed ipsi es-
suriunt et sitiunt bonitatem multiplicari, magnifica-
ri et cetera.

His Merito saturitas que in hac vita haberi
nequit, in celesti patria in premium re-
tribuitur: iuxta illud. satiabor quam apparuerit glo-
ria tua. Hec de quarta beatitudine.

Circa Quintam beatitudinem (beati mi-
sericordes, quoniam ipsi misericor-
diam consequentur) recole misericordiam vir-
tute non esse subleuatam aliene miserie, hoc est, defe-
ctum misericordie enim directe respicit defectum ut tol-
lendum. Et possunt in ea considerari tria. scilicet opera
superior qua subuenit indigenti, affectus interior
qui appetit subuenire indigentibus, et interior vir-
tus scilicet ratio qua alienas miseras proprias facit:
superior appetit tollere illas et tollit illas si potest.
Superior in misericordis excedit tam beneficium quam munus
quod communicat siquidem cum eis in primis du-
bitate, hoc est in actu benefaciendi et appetitu bene-
faciendi, sed superior est eis in modo, dum miseri-
corde sit tantum afficitur ut alienos defectus proprios

Ientaculū quartū de beatitudinib. 17.

faciat, dum sic ad eos tollēdos se habet ⁊ afficiat
quasi proprii essent.

Est autem tante eminentie misericordie
vt sola inter virtutes deo propria dicatur (iuxta
illud. deus cui proprium est misereri) ⁊ omnibus
peremineat. iuxta illud psal. miserationes eius sunt
omnia opera eius. Solus siquidem deus n. t.
liter est miserie seu defectus expers, ac per hoc
solum potest in miseriam absolute, que omnem com-
prehendit, ⁊ misratio eius que misericordie a.
formalis est, quasi super natans in singulis ⁊ om-
nibus operibus dei inuenitur, nō solum materialiter
tollendo aliquem defectum, sed formaliter, quia
intentione deus ad hoc tendit vt tollat in singulis
⁊ omnibus aliquem defectum. Propter quod n.
rito appropriatur ei non solum q̄ est misericors
q̄ est miserator: iuxta illud. misericors ⁊ miser
dominus.

Quo fit vt misericordes tanquam diuinam
pietatem participantes, inter beatos computentur.
Et vere ad summum perfectionis apicem in mi-
seriarum tollendarum ascenderunt qui mi-
sericordes sunt simpliciter ⁊ absolute: hoc est qui
solum iunctis sanguine, amicitia, ciuilitate, ⁊ c.
ris huiusmodi necessitudinibus, sed miseriis de-
sint illi misericordes se exhibent, affectu quidem
defesse, opere autem iuxta vires: vt semper sint
misericordes, miseratores autem quum possunt
ocasio miserationis se offert.

Est licet proprias misericordis miseras
cordis humana non tradat oblivioni (iuxta
miserere anime tue placens deo) perfectio

Tentaculum quartum de beatitudinibus
misericordie ad alienas tollendas miseras tendit. p
prias eodem meritorio misericordie actu tollendas
reddens.

Et propterea reponitur misericordib⁹ in premi
um q^o ipsi misericordiam in celo consequent^r:
hoc est, a miserijs omnibus leuabuntur. Iure enim
ab omni debet erui miseria in patria, qui in hac pe
regrinatione aliorum miseras quasi suas curauit.
Hec de quinta beatitudine.

Circa sextam beatitudinem (beati m^u
do corde, quoniam ipsi deum vide
bunt) duplex questio occurrit. Prima est,
cur beatitudo hec non significat aliquam perfecti
onem: mundicia enim nullam perfectionem signifi
cat, sed imperfectionem immanditie excludit: sicut
non peccare nullam perfectionem sonat, sed imper
fectionem peccati excludit. Omnes siquidem bea
titudines non solum perfectionem sed perfectione
summam ponere debent.

Secunda est cur beatitudo hec nullam opera
tionem sonat, quum omnis beatitudo secundū o
perationem aliquam attendatur: nam neq³ mūdi
cia neq³ cor operationem facit, vt patet.

Ad primam questionem dicitur, q^o licet
mundicia simpliciter et abso
lute non significet perfectionem, mundicia tamen ta
le subiectum afficiens magnam ponit perfectione:
sicut non peccare absolute, nullam perfectionem
ponit, sed non peccare positum in vtente libero ar
bitrio magnam perfectionem ponit: maxima si
quidem perfectio est q^o homo vtatur libero arbi

lentaculum quartum de beatitudinib. Ivi
trio sine peccato. Ita in proposito licet mundicia
sonet negationem immundicie, ac per hoc nullam
perfectionem significet, mundicia tamen afficiens
cor magnam perfectionem ponit, quam David pe
tebat cor mundum, inquit, crea in me deus.

Ad secundam Vero respondetur dupli
citer. Primo q̄ operatio
p̄est si gnificari dupliciter. Vel in seipsa: vt dictū
est, beati qui lugent. Vel in sua radice. Et sic signi
ficatur in p̄posito viuere in suo naturali ac eoeno
principio quod est cor, hoc est, interior ps nostra:
iuxta illud Matthæi decimo quinto, de corde exeūt
cogitationes male, homicidia, adulteria, furta, &c.
Et dicuntur beati mundo corde habentes principi
um operum suorum mundum: q̄m̄ non p̄t arbor
bona malos fructus facere.

Secundo dicitur, q̄ cor pro quanto est naturale
principium semper in actu, non solum significat il
lam rem que est in principium, sed etiam operatio
nem: quia significat principium vite in actu, sicut
edificans significat eum qui actu edificat. Et secun
dum hoc beatitudo ista significat operationem in
seipsa: quoniam significat beatos qui munde viuūt
ab interno principio. Totaliter siquidem mundā
vitam ducere non permittit peregrinatio presens:
quoniam nonnullo saltem puluere gressus humani
inquinantur. Et propterea dominus mundam vi
tam in hoc mūdo ex parte cordis designauit, dicēs
beati mundo corde. Et quamuis hec vita ex mū
do corde non sit totalr̄ (vt dictū est) mūda, tante tñ
excellentie est vt reddat homines plusquā p̄fectos:
si enim apud Jacobū apostolū siquis in verbo non

Tentaculum quartum de beatitudinib.

offendit perfectus est, quanto plusquam perfectus est qui corde non offendit. Erudierat tam bñ Job filios suos vt securus de mundis eorum operibus, ac de munda lingua, veritus ne forte peccassent in cordibus suis, offerebat holocausta per singulos, Job primo. Et prouer. xx. sapiens clamat: quis potest dicere, mūdum est cor meum, parus sum a peccato. Merito ergo beati sunt mundo corde: q̄ sum mam mundiciam obtinentes, vitā mundam ex corde mundo ducunt.

Istis promittitur in premium videre deum, duplici ratioe. Primo vt presen. i vite respondeat vita eterna, tāq̄ qui hic talem vitam duxerit, s. mundam, mercatur transire ad vitam eternam, que consistit in visione dei: iuxta illud: hec est vita eterna vt cognoscant te verum deum.

Secundo vt discamus preparationem humane mentis ad videndum deum, non consistere in perficiendo partem speculatiuam (vt philosophi tradunt, ponentes sapientes maxime appropinquare deo) sed in perfectione partis affectiue que cor vocatur. Ita q̄ ex hoc q̄ nō doctis & sapientibus sed mundis corde promittitur visio dei, & scimus viam preparationem ac meritum perueniendi ad videndum deum consistere non in scientia & sapientia sed in cordis mundicia, scimus consequenter q̄ cōmunis est preparatio viāq; ista omnibus hominibus quantumcunq; ideotis & inruditis: qm̄ mundiciā cordis minima vetula habere pōt. Nec de sexta.

Circa Septimam beatitudinē (beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur) vide primo gradus perfectorum fm̄ pacem.

Ientaculum quartū de beatitudinibus [vii.]

In primo siquidē gradu sunt, q̄ in seipsis pacē habent: hoc est trāquillitatē ordinis, ita vt lex carnis nō repugnet legi mentis, sed ita spiritus imperat carni vt totus homo inhereat cum tranquillitate deo. De istis scriptum est, pax multa diligentibus legem tuam,

In secundo vero gradu sunt, q̄ etiā cū omnibus hominibus pacē habent: iuxta apostoli mādatū, si fieri potest quod ex vobis est cū omnibus hominibus pacem habentes.

In supremo autē gradu sunt, q̄bus nō sufficit qd̄ in seipsis et cū alijs sint pacati, sed student ad faciendā pacē. Unde et pacifici vocantur. faciunt autē pacem non hanc vel illā, neq̄ omnem pacē (quū scriptum sit, non veni pacem mittere in terram sed gladium) sed faciunt pacem absolute, hoc est celestem seu diuinā, quā saluator sibi propriā dixit, pacē inquit meā do vobis, que inimicitiam tollit inter hominē et deū: q̄ cunctis in homine repugnantib⁹ trāquillitati celesti contrariatur. Et rursus faciunt pacem non inter hos et illos, sed simpliciter inter oēs etiā pacis inimicos: iuxta illud, cum his qui oderunt pacē erā pacificus. Et p̄terea dicitur absolute, beati pacifici,

Hanc perfectionis beatitudinem insinuauit saluator in apostolis: mandans illis vt pacem secū ferant in quamcunque domum intrantes, et dicant non solo verbo sed studio efficiendi deo cooperante, pax huic domui. Unde et Mat. x. dicitur, et si quidem domus illa fuerit digna, veniet pax vestra super eam,

Quante autem eminentie sit pacificatio, ex eo

Ientaculū quartū de beatitudinibus

ppēdi potest, quod pax tranquillitas ordinis est: ac per hoc pacem facere est tranquillitatem ordinis efficere. Et si his adiungas, quod ordo summū bonum intrinsecum vniuersi est, consequēs erit vt pacem facere sit efficere perfectionem summī boni, ac per hoc supremum locum teneat inter opa gubernationis. Assimilat igitur maxime deo hominem pacificatio, et in excello valde loco constituit. Vnde et in Psal. altitudini montium spiritualium hec perfectio tribuitur: suscipiant inquit montes pacem populo. Et merito in supremo actionum beatorum in hac vita hic dicitur, beati pacifici.

Et his Jure reseruatur in premium, quoniam filij dei vocabuntur. Simillimi quippe deo eius filij sunt: vtpote ex deo nati et diuine facti consortes nature.

¶ Signanter autem dicit vocabuntur, et non dicentur. Tum quia in presenti iam sunt filij dei, et non expectant quod fiant sed quod manifestentur: iuxta illud, prime Ioan. secundo, et nunc sumus filij dei, et nondum apparuit quid erimus. Dicendo ergo quoniam filij dei vocabuntur, promittitur quod manifestabuntur filij dei. Tum quia inter homines multi sunt filij qui non tractantur vt filij, sed quasi extranei aut serui aut mercenarij habentur. Et propterea pacificis qui iam filij dei sunt, promittit quod habendi sunt in celesti patria vt filij, dum promittitur quod filij dei vocabuntur: quādoquidem vocatio consona est ad id quod vocatur. Nec de septima.

Circa octauam autem beatitudinem beatorum qui persecutionem patiuntur

Ientaculū quartū de beatitudinibus lviii

propter iniustitiam, quoniam ipsorum est regnū celorum
duplex statim occurrit questio.

¶ Prima an sit sermo de his q̄ quomodolibet patiuntur, id est, opprimuntur, vexantur, affliguntur &c. propter iustitiam, an de his qui voluntarie patiuntur propter iustitiam. Nam si primo modo intelligeretur, sequeretur hoc absurdum quod quicumque quantumcumque in iustitia & impatienter affligerentur propter iustitiam, essent beati. Si vero secundo modo intelligitur, sequeretur quod aliquis pateretur iniustum volens: quod a philosophis reputatur impossibile. Et patet sequela: quia ex eo quod patitur propter iustitiam patitur iniustum, & ex eo quod voluntarie, patitur volens.

¶ Altera questio quomodo sumitur hic iustitia: in sua scilicet communitate an restringatur. Nam si iustitia secundum suam communitatem sumitur, non relinquitur locus none beatitudini: quoniam sub iustitia comprehenditur etiam illa. Si vero restringitur, oportet aut voluntarie restringere aut ratione restrictionis assignare: quoniam in litera nulla restrictionis nota ponitur.

Ad primam Questionem dicitur, quod proculdubio hic est sermo de pati non simpliciter & absolute (quoniam pati nullum bonum est) sed de pati virtuose, hoc est patienter & ex charitate: quod est pati voluntarie saltem faciendo de necessitate virtutem. Nec ex hoc sequitur quod aliquis patiatur iniustum volens ipsum iniustum, quamvis patiatur volens ipsum pati. vir enim bonus non vult iniustum quod sibi, inferatur, sed vult illatum sibi sustinere.

Ientaculum quartū de beatitudinibus

Ad secundam Questionem dicitur, quod hic est sermo de iustitia generaliter quidem sumpta, ut tamen distinguitur a mysterio verbi incarnati. Et quod ratio restringendi iustitiam immo restrictiuū ipsum habetur ex litera ex hoc ipso quod apponitur nona beatitudo circa mysterium verbi incarnati, ipsa namque distinctio harum duarum beatitudinum cogit fateri earum diuersitatem: ac per hoc iustitiam in octaua sumi pro iustitia absolute secluso incarnationis mysterio. Et videtur directe iustitia considerari absolute in ordine ad deum etiam si mysterium incarnationis non esset.

Quo circa illi in octaua locantur beatitudine, qui tante perfectionis sunt ut pro quocumque virtutis actu eligant tolerare quascumque eis illatas passiones: siue ille actus virtutis sit secundum legem diuinam, siue naturalem, siue canonicam &c. Iuxta hanc enim beatitudinem Machabei ut non commederent carnes porcinas contra diuinam legem, Joannes baptista ne omitteret correctionem Herodis Thomas Cantuariensis pro libertate ecclesiastica, beati fuerunt: nullus enim horum passus est propter Christum proprie loquendo, sed propter iustitiam, in fide tamen Christi: sine qua nunquam fuit salus. **Est** quia contingit dupliciter pati persecutionem propter iustitiam: vel ita quod et passio sit propter iustitiam et persecutio tendat contra iustitiam: ut in exemplis illatis inuenitur. vel quod passio quidem sit propter iustitiam, persecutio autem non tendat contra iustitiam, quamuis materialiter sit iniusta, ut contingit his qui a superioribus credentibus in

Ieraculū quartū de beatitudinib. lix.

se se facere attingitur: vt de multis sanctis legit in
ter religiosos versatis) scito textū principaliter de
primo modo patientibus propter iustitiā ita intel
ligi, vt qui secundo modo patiuntur ppter iustitiam,
non excludantur a numero beatorū q̄ patiuntur ples
cutionē ppter iustitiam.

Illis Regnum celorum iure datur: quoniam
q̄ in hac vita amplex⁹ est pati ppter deū
iustum est vt in futura vita sublimetur in agere, et q̄
hic nō renuit alijs subijci sublimetur vt alijs presit:
q̄ in regno celoꝝ includuntur: regnantes enim et p̄
cellunt et imperant.

Sed nō caret questiōe cur in octaua hac beatitu
dine repetitur premium prime beatitudinis, et non
est appositū octauū premiū. Ad quod respōdetur,
duplici ratione hoc factū esse. Primo vt q̄a duo or
dines beatitudinū ponunt (scilicet primus penes
agere et secundus penes pati) factū est vt prima v
triusq̄ ordinis velut basis et fundamentū, respice
ret premiū quod inter premia est velut basis et fun
damentū, scilicet regnum celoꝝ. Secundo vt neq̄
agens patienti neq̄ patiens agenti preferat, sed cō
fessores martyribus et martyres cōfessoribus equa
les in essentiali gaudio mōstrarētur.

Circa Nonam beatitudinē (beati estis
quū maledixerint vobis homines
et psecuti vos fuerint, et dixerint omne malū
aduersus vos mentientes ppter me: gaudete et exul
tate, quoniā merces vestra copiosa est i celis) multa
occurrunt querenda. Primo cur ceteris beatitu
dinibus descriptis in tertia psona, hec describitur
in secunda psona, dicendo beati estis. Secūdo cur

Tentaculum quartum de beatitudinibus
multiplicantur in hac beatitudine tot verationum
genera: scilicet maledictionis, persecutionis &c.
Tertio cur huic beatitudini soli adiungitur gaudete
& exultate. **Quarto** cur premium huius beatitudinis
solius describitur sub ratione mercedis. **Quinto**
cur in hac sola beatitudine indeterminate ponitur p
mium: non enim determinatur aliquid certum pro
premium sicut in alijs beatitudinibus (puta regnum
celoz, possidere terram &c.) sed indeterminate dicitur,
merces vestra copiosa est in celis,

Ad evidentiam Horum advertendum
est, hanc nonam beatitu
dinem persistere in patientia ob passionem ubi incarnati.
Singularissima siquidem tanti mysterii novitas specia
lem habet difficultatem in nostra professione: & propterea spe
cialis perfectio posita est in persistendo patienter & to
lerando varias tribulationes ob huiusmodi passio
nem. Quocirca beatitudo hec licet conveniat cum prece
dente in hoc quod utraq; persistit in pati propter bo
num: differunt tamen in hoc quod illa habet causam qua
si naturalem patienter tolerandi iniurias (quam virtuosu
rum est perturbatum persistere & immobiliter in iniurijs) ista
vero causam habet omnino supernaturalem: quoniam quidem
fateri unum & eundem hominem deumque verum esse &c.
Omnem excedit facultatem intellectus: & propterea bea
titudo hec tam dissimiliter ab alijs descripta est. no
n uter siquidem inserta generi humano tam superna
turalis perfectio, decuit ut multis quasi privile
gijs decoraretur.

Unde ad primum quesitum dicitur, quod ideo in
secunda persona descripta est hec beatitudo: quia ho
na perfectio hec est inchoans in ipsis Christi discipulis

Ientaculū quartū de beatitudinibus Ix.

pulis, reliq̄ autē tanq̄ cōmunes ⁊ antiq̄ que prius erant, in tercia p̄sona descripte sunt.

Ad secundū vero quesitū dicitur, q̄ multiplicatio vexationū ad hoc spectat, q̄ Christus in Christianis ⁊ corde ⁊ ore ⁊ opere refutandus esset: habent enim Christi persecutores in corde Christum odio, ⁊ ore blasphemant, ⁊ tormentis p̄sequantur. Non sic autem p̄tingit in octava beatitudine: quoniam etsi propter iustitiam aliqui vexantur, iustitia tamē cōmuniter ⁊ corde amatur, ⁊ ore laudatur: ⁊ illimet q̄ iniuste vexati sunt, laudabiliter recensent̄ inter virtuosos, nos autē predicantes Christū crucifixum, q̄a Judeis est scandalū ⁊ Hētibus stultitia, ⁊ apud sapientes huius mūdi superstitio omne genus mali insequitur, dum ⁊ odio habemur (quod secundū antiquā translationē hec litera primo loco ponit, dicens. beati estis quū oderint vos: ubi nūc legit̄ quū maledixerint vobis) ⁊ facto p̄sequūt̄ nos ⁊ v̄bo dicūt omne malū aduersus nos p̄pter Christum. Omne igit̄ genus mali explicat̄ in hac beatitudine: qm̄ totū imminet patiēdū ob Christi p̄fessionē, quod cōiter in alijs patiēdi causis nō est.

Et scito q̄ p̄textui ⁊ materie p̄sonat antiqua trāslatio, scilicet quū vos oderint homines, tū q̄a sic explicat̄ omnis gradus p̄secutiōis, scilicet corde, ore ⁊ ope. Tū q̄a sic nō bis ponit̄ p̄secutio oris, vt in noua fit trāslatione: dum primo dicit̄ maledixerint ⁊ secundo dicitur dixerint omne malū. vnde corrupta videtur hec trāslatio.

Ad tertium quesitū dicitur, q̄ huic beatitudini annectit̄ gaudū ⁊ exultatio duplici ratiōe. Primo vt quēadmodū explicite p̄mōrant̄ in ea tot mala, ita

H ūq̄

Ientaculū quartū de beatitudinibus.

accumul. nē bona: iuxta illud, secundū multitudinē
dolorū meorū in corde meo, consolatiōes tue letificane
runt animā meā. Scđo ad mōstrandū abundantiā
gratie spiritus sancti q̄ p̄ferēda erat sanctis martyri
bus noui testamēti: iuxta illud Joā. vij. nondū erat
spiritus datus q̄a Iesus non aū erat glorificatus.
Quia ergo p̄fessores Ch̄isti nō solū v̄tutē patiēdi,
sed gaudēdi, et exultādi in tribulatiōibus acceptu
ri erāt, ideo p̄fectis patientibus p̄ter Ch̄m dicit
gaudete et exultate. Quod ipse ap̄stolos ex eo
patet q̄ ibāt gaudētes a p̄spectu concilij, qm̄ digni
habiti sunt, p̄ nomie Iesu p̄tumeliā pati. Implese
q̄ sctōs martyres, ex gestis eorū patet, vñ lauretius
inq̄t, gaudeo plane q̄a hostia Ch̄i effici merui &c.
Ad quartū q̄sitū dicit, q̄ ratio mercedis ad excel
lentiā pertinet patientiū propter Ch̄istū: quia etsi
nō sunt p̄digne secundū se passiones huius t̄pis ad
futurā gloriā, ex eo tamē quod Ch̄isti confessores
Ch̄isti membra sunt, et vt caput suum tueantur li
benter patiuntur, ius sibi vendicant future glorie
tanquam mercedis debite pro suis laboribus.
Vnde et Paulus dicebat, bonum certamē certani,
cursum consummari, fidē seruari, in reliquo repo
sita est m̄hi corona iustitie, quā reddet mibi dñs
in illa die iustus iudex. In reliq̄s itaq̄ beatitudini
bus nulla facta est mētio de mercede, sed hoc vlti
me beatitudini reseruatū est: q̄a in alijs nulla facta
est mētio de Ch̄isto cui in suis mēbus iure debetur
eterna gloria, sed in hac sola.
Ad quintū q̄sitū dicitur, q̄ interminatio mer
cedis ad immensitatem spectat p̄mij, ex hoc em̄ q̄ in
determinate relinq̄tur copiosa merces infinitū in

Stentaculum quartum de beatitudinib. lxi.

sinuatur premium, et hoc ad commendationem huius beatitudinis pre ceteris spectat. Et merito: quoniam si iuxta testimonium saluatoris, maiorem charitatem nemo habet quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis, nemo maiorem habet perfectionem, quam qui pro Christo amico suo animam suam ponit, quod ad hanc spectare beatitudinem constat.

Postquam igitur octo beatorum genera in hac vita saluator descriperat, ad suos dirigens sermonem discipulos, novum beatitudinis genus in ipsis inchoandum hac nona beatitudine descripsit, simulque monstravit ad felicitatem esse ipsos evectos, eo ipso quod ad cognitionem et confessionem ipsius Christi asciti sunt, ut penetraret beatos se esse in utraque sorte, scilicet, et quum bona a Christo acciperent, et quum mala propter Christum paterentur.

Quante autem excellentie sit beatitudo hec, non solum ex allato domini testimonio patet, sed ex eo quod principes christiane religionis sancti martyres scilicet in ea locati sunt.

Superest nunc ut ad tres reservatas in fine huius tractatus questiones solvendas respondeatur.

Ad primam igitur in principio huius tractatus propositam quinto loco (an scilicet beatitudines iste gradatim enumerentur) respondet affirmative: ita quod gradatim numerantur et secundum merita et secundum premia: semper namque ascenditur utrobique.

Et quidem quod merita semper ascendunt, declaratur summarie dupliciter. Primo ex parte mate

W v

Tentaculum quartum de beatitudinibus,
riarum. Nam supra exteriora bona que sunt ma-
teria prime beatitudinis, sunt vindicabilia que sunt
materia secunde: et supra vindicabilia, delectabilia
que sunt materia tertie: supra hec sunt debita cui-
bet, que spectant ad quarta: et supra hec gratuita, que
sunt quinte, supra que est immundicia omnis, qua
tollit sexta: supra quam est perturbatio, quam tol-
lit septima: et supra hec persecutiones, quas supe-
rat octava: supra omnes est omne persecutionum
genus contra Christam, que superantur in nona.

Secundo ex parte interioris dispositionis ani-
mi. Nam etsi bene dispositus est qui nouit seipsum
et externa bona despicit iuxta primam beatitudinē,
melius tamen dispositus est qui etiam quum despi-
citur et paruit, vincit in bono malum, et hoc meli-
or est qui vndiq; se in miserijs circumspectans luget
hanc peregrinationem: et hanc prestat cui propri-
um non sufficit bonum, sed cuiq; debitum sitit: hūc
q; excellit, qui non solum debita cuique sed gratu-
ita vt sublenētur appetit et efficit: qui autem ad v-
niuersam vite mundiciam ascendit, altior est: et hūc
superat cui non sufficiunt munda, sed studet ad trā-
quillitatem ordinis efficiendam: super hos quoq;
omnes merito locatur qui propter hec patitur et
vincit persecutiones: sed in supremo iure ponitur,
qui incarnati vbi luce perfusus pro illo omnia pa-
tiendo superat.

Si vero ad premia spectetur, primum premium
inuenitur q; beatorū est regnū celoz: sed quia nostz
pōt esse aliquid quod non possidem⁹, secundo poni-
tur possessio eiusdē: et quia multa possidemus cum
tristitia, tertio ponitur consolatio, et quia consolati

Tentaculum quartum de beatitudinib. Ixiij

quandoq; non vique ad satietatem conuolamur, ideo quarto saturitas ponitur, ita q; ponitur regnū celorum nostrum, possessum conuolante v. q; ad satietatem: et quoniam satiati regno defectum remanemus, quinto securitas a periculis omnium defectuarum nostrarū conditionū per misericordie cōsecutionem ponitur: et quoniā parū est coregnare nisi conuersatio cum rege habeatur, ideo sexto ponitur visio dei: et quoniam videre regem etiam seruitoribus conceditur, dignitas filialis superaddit septimo loco, vt beati regnent consolati, satiati, securi, videntes deum vt filij dei: his autem prestat regnum celorum duplici iure debitum, s. merito actionis et merito passionis, quod octauo loco ponit: et oia demū excellit merces immensa, q; ob sui infinitatem non specificat, que nono loco ponitur.

Ad duas Reliquas q̄stiones in premio prime beatitudinis propositas (scilicet cur in beatitudine prima et octaua ac nona ponitur premiū per verbū p̄ntis t̄pis, in alijs vero per verbū futurū: et rursus cur in illis tribus per verbū substantiuū, in alijs vero per verba adiectiua) respōdetur q; differentia p̄ntis et futuri t̄pis mōstrat aliqd premiū esse p̄ntis in hac vita, et aliqd in futura reservari vita. Differentia autem verbi substantiui et adiectiui monstrat differentiam inter substantiuū ius eterne felicitatis et ipsam eternā felicitatē in erectione: ita q; ex hoc q; verbo substantiuo p̄ntis tēporis (scilicet est) definitur premiū eternum, scatur q; in presenti vita beati h̄nt subst̄m ius eterni p̄mij. Et vere sic est: quoniam (vt Joannes testatur) iam sum⁹ filij dei, q; si filij, et heredes, vt Paulus inquit,

Tentaculum quartum de beatitudinibus

Et quamuis quanto tempore beres paruulus est, nihil differat a seruo, est tñ dominus omnium. Quia igitur in presenti vita, adhuc positorum beatorum vere est regnum celorum, ideo presentis temporis verbo substantiuo dicitur, quoniam ipsorum est regnum celorum: quia autem excecutio possessorij et fructus in alia seruantur vita, ideo per verba futuri temporis adiectiua idem premium describitur.

Et quia substantiuum ius eterni premij vnum est, et commune omnibus beatis, ideo in prima beatitudine vtriusq; ordinis (hoc est, in prima ordinis agentium et in prima ordinis patientium) ponitur huiusmodi substantiuū presens, in reliq; at ordinis agentium multiplicitas fructuum qui in executione percipiuntur explicatur.

Tertia autem beatitudo multipliciter priuilegiata etiam hoc habet. Tum quia licet secunda sit in numero patientium, caput tamen constituit novum patiendi: quoniam sicut verbum incarnatum passum instaurat omnia, ita passio pro Christo instauratiuum est passionum, et propterea tanquam prima habet verbum substantiuum presens. Tum et melius, ad denotandum q; sola hec beatitudo ex propria ratioe habet presentiam premij celestis statim: nam ceterae beatitudines nihil habent in se vnde statim ponant beatos in celesti patria: q; nō claudunt in se Christum mortuum, qui aperuit celos (vnde Joannes Baptista et alij priores quamuis beati hic, non tamen celos statim ingressi sunt) nona autem beatitudo Christum mortuum in seipsa continet. Propter quod in futuro saluator ponit in illa vexationes dicens: quum oderint, persecuti su

Ientaculū quartū de beatitudinib. Ixiij.
erint, dixerint omne malum: tanquā designans tem-
pus post suam mortem ac resurrectionem, ⁊ pro-
pterea sola nona beatitudo statim hinc trāsfert in
celos ex propria ratione. Et ad hoc designandum
privilegium, proposuit saluator illius premium per
verbum substantivum presentis temporis, tanquā
diceret, q̄ vos propter me patientes non expectatu-
ri estis, sed iam habetis mercedem copiosam sta-
tim ut hinc migratis presentem. Et hec de eu-
angelicis beatitudinibus. In monaste-
rio sancti Martini de sacro mon-
te Pānonie, dominica quin-
quagesime anni domi-
ni. M. D.
xxiij.

Ientaculi quinti questio prima.

Incipit quintum ientaculum
in quo quinque tractantur questiones.



Quarunt quinto tractande quinque
quod apud euangelium sine.
¶ Prima habetur Matth. xv. munus
quodcumque ex me est, tibi proderit.
¶ Secunda habetur ibidem, omne quod
in os intrat, in secessum emittitur.
¶ Tertia habetur Luce. xvi. qui fidelis est in mini-
mo, et in maiori fidelis est, et qui iniquus est in mo-
dico, iniquus est et in maiori.
¶ Quarta habetur ibidem, si Moysen et prophe-
tas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexe-
rit credent.
¶ Quinta habetur Ioan. i. quotquot autem rece-
perunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri.

Circa scribarum et phariseorum sententi-
am, qua sub specie religionis tol-
lebunt pietatem, ambiguitas occurrit quod si-
gnificat traditio hec: qui dixerit patri vel matri, mu-
nus quodcumque ex me est, tibi proderit. Nam a-
liquod horum trium videtur significare. Aut quod ab-
solute religio qua aliquid offertur deo, preferenda
est pietati qua honoramus parentes. Et in hoc
sensu traditio ista irreprehensibilis esset: quoniam
sanctam contineret doctrinam, cuius oppositum do-
minus testatur.

¶ Aut quod in articulo necessitatis iam constitutis

Tentaculū quartū de beatitudinib. Ixiij

parentibus, filij religionis pretextu vacarent mun-
neribus offerendis deo, omittendo pietatis officia
debita parentibus. Et iuxta hunc sensum traditio
hec, iniquam contineret doctrinam, vt patet. Sed
ex euangelico textu non videtur haberi hic sensus:
quoniam nulla fit ibi mentio de necessitatis arti-
culo in quo cōstituti presupponantur parentes: nō
enim dicitur: si dixerit homo patri vel matri in ne-
cessitate constitutis: sed absolute si dixerit patri vel
matri.

¶ Aut q̄ deo iam licite dicata voto a filijs, pro-
pter superuentem articulum necessitatis paren-
tum non essent in subsidium seu vsum parentū con-
uertenda. Et iuxta hunc sensum vsq; in hodiernū
diem approbatur traditio ista a multis docto:ib;
sacris.

¶ Et emergit hinc literalis questio: an de munere
dicando deo an de munere per votū dicato deo sit
sermo quum dicitur, munus quodcunq; ex me, &c.
Magni siquidem refert vtro modo intelligatur: nā
si de munere iam dicato deo per votum est sermo,
traditio phariseorum diuinam videtur habere tra-
ditionem pro fundamento. Si autem de offerendo
mūere est sermo, simplex religio in questione venit.

Ad euidentiam Sententie huius scien-
dum est, dupliciter ex-
poni posse traditionē scribarū & phariseorū. Primo
vt vba illa mun⁹ quodcunq; &c. intelligant̄ vt excu-
santia, secūdo vt intelligant̄ tanq̄ obligantia

¶ Et si quidē sumant̄ vt excusantia, traditio ista cō-
sistit in duobus: documentis. Primum est q̄ filij va-
carēt diuinis oblationibus nō curādo de subuētiōe

Ientaculi quinti questio prima

parentum. Secunquam est q̄ filij exultarent secum
parentibus de huiusmodi commissione ⁊ omissione
ne his verbis, in unum quodcunq; ex me est tibi p̄
derit, hoc est, non credatis me postponere curā ves
stri: quoniam offerendo deo, curam vestri habeo:
quoniam quod offero deo vobis proderit.

Si vero verba hec vt obligantia intelligantur
sensus pharisaice traditionis est q̄ si filius dixisset
parentibus, totū quod est ex me offerre deo, ex tunc
obligatus erat filius ad diuina deo ita vt non lice
ret ei quicq; facere pro parentibus. Et hunc sensus
magis sonat textus euangelicus: quoniam Marc.
vij. postq̄ dictum est: si dixerit homo patri aut ma
tri corban quod est donum quodcunq; ex me tibi
profuerit: subiungitur, ⁊ vltra non dimittis eū quic
quam facere patri aut matri, vbi apparet q̄ postq̄
filius dixerat illa verba patri aut matri, vetabatur
filius facere quicq; patri aut matri: ac per hoc ob
ligationē incurrerat ex verbis dictis patri aut m̄ri.

Et iuxta hunc sensum collige quinque. Primo
obligationem filij ad diuina, que ex allatis Marci
verbis habetur. Secundo auctoritatem qua habe
batur ista obligatio, ⁊ hec erat traditio scribarum
⁊ phariseorum: vt in litera patet. Tertio modum
quo contrahabatur hec obligatio. Et ex textu ha
betur q̄ ex hoc ipso q̄ filius dicebat hec verba pa
tri, consurgebat in filio hec obligatio: sic docentib;
scribis ⁊ phariseis, si dixerit homo patri aut matri
⁊ c. Quarto efficaciam huius obligationis, q̄ erat
a deo efficax vt redundaret in impietatem erga pa
rentes. Et hoc expresse dominus dicit. Quinto ma
teriam obligationis. Et hec erat totum quod erat

Ientaculi quinti questio prima. Ixv

ex filio. Et hoc inuariat textus dicens, et ultra non finit eum facere quicquam patri aut matri, vñ videtur quod ista obligatio erat quodam mancipatio filij ad diuinum obsequium. et tam arcte exigebatur a scribis et phariseis vt non permitteretur filius facere quicquam patri aut matri.

Ubi patet multipliciter errasse scribas et phariseos. Primo quod vbi nulla erat obligatio obligationem inducebant, non enim ex verbis ad patrem aut matrem oriatur mancipatio ad diuina, sed ex voto quod fit non homini sed deo. Secundo in extendendo homini obligationem ad negandum omne obsequium patri: quum tamen nulla sit tanta mancipatio etiam profitentium tria vota religionis, quae non permittat multa facere patri aut matri.

Ad quesita Antem retrogrado ordine respiciendo dicitur, quod non est hic sermo de munere dicato pro votum, tum quia nulla fit in textu mentio de voto, tum quia materia non exigit vt admisceatur obligatio votina huic textui: quia de traditione humana et non de voto quod spectat ad traditionem diuinam loquitur, tum quia expresse Marcus euangelista interpretatur corban hoc est donum: constat enim quod donum est datio liberalis, ac per hoc non ex necessitate votina offerendum. Est ergo sermo de munere dicato deo: siue illud munus intelligatur consistere in rebus exterioribus, iuxta primam expositionem siue intelligatur consistere in toto quod poterat filius, iuxta secundam expositionem.

Ad primo vero quesita respondetur, quod sensus traditionis huius nullus illorum trium est determinatus: sed doctrina phariseorum et scribarum consistebat in hoc quod religio satisfacienda est vt propter eam non

I

Ientaculi quinti questio secūda

sit curādū qđ filius debeat patri aut matri, neq; sit curandū de distinctiōe an pater egeat aut nō egeat. Et hoc testantē verba dñi, primo dicēdo qđ traditio ista p̄trariatur p̄cepto de honore parentū, qđ nihil aliud est dicere quā qđ nō curat de debitis pietatis officijs erga parentes, siue debeat ex articulo necessitatis siue quōlibet aliter. Secundo dicendo, et ultra nō dimittitis eū quicq; facere patri suo aut matri. Hinc em̄ manifeste apparet qđ religionē a deo exigebant vt pietas erga parētes ob religionē tolleretur: quod p̄stat esse iniquissimū. Hec de prima questione.

Circa Secundam dubitationē de verbo dñi, om̄e quod in os intrat in secessum emittitur, p̄physicorum obiectio occurrit, falsam esse hanc sententiā sic dicētium: quomā aliqd alimēti quod p̄ os sumimus p̄uertitur in substantiā sumentū: ac p̄ hoc nō totum quod p̄ os intrat in secessum emittitur.

Ad hoc dicit, qđ licet multipliciter glosari possit v̄bū dñi scriptū apud Mat. qđ tamē Marcus euangelista suppleuit quod Mat. tacuit de verbis dñi ideo expositiones omnes superflue apparent infra sensum literalem manendo. Marcus enim cap. vii. afferendo hanc domini sententiā dicit, omne extrinsecus introiens in hominē nō potest eum corrumpere: qđ nō intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, et in secessum exit purgans omnes escas.

Obi manifeste patet dñm nō dixisse omne intrans in os exire in secessum: sed dixisse omne intrans in os exire in secessum purgās oēs escas: hoc est exire in secessum secūdū partes purgatiuas escarū, ac p̄

Ientaculi quinti questio tertia. Ixvi.

pterea nullā esse ambiguitatē in domini sentētia patet si integra referatur: sed q̄stioi locus est vbi non integra sentētia affertur, vt a Mattheo recitatur.

Hec de secunda:

Circa Tertiam questionē (de verbis domini, qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est: et qui iniquus est in modico et in maiori iniquus est) ambiguitas occurrit quo ad primam sententiam. Tum ex experientia: quia multi fideles inueniuntur in rebus paruis, qui tamē in rebus magnis seu maximis fidē violāt: regnādi nā q̄ gratia iniurandū etiam violant q̄ militarē semper fidem seruauerunt, et sic de similibus. Tum ex ratione: quia maius attractinum maiorem ingerit tentationē: ac per hoc qui non superatus est a paruo attractino, superatur deinde a magno attractino vt fidem violet, vnde non est secundū rationem consequens, vt qui fidem seruat in minimo fidem seruet in magno.

¶ Similiter quo ad secundam sententiam experientia testatur quod multi peccant in paruis qui tamen non peccarent in magnis: multi enim sunt peccantes venialiter et mentientes officiose, qui non peccarent mortaliter qui non mētirentur perniciosose. Habet quoque ratio vt sicut non omnis infirmitas corporalis ducit ad mortem, ita non omnis lapsus spiritualis ducat ad mortē anime: ac per hoc nō est consequens, vt q̄ iniquus est in modico, iniquus etiā sit in magno.

Ad horum Euidētia recolēdū est, dupliciter ad aliqd̄ apandū nos posse pari, vel scdm̄ rōnem habitualis virtutis seu vitij

¶ **Ientaculi quinti questio tertia.**

respicientis illud opus: vel quolibet cōtingat. Verbigratia ad operādū quod iustū est, pote t homo se habere vel secundū habitū iustitie, hoc est secundū quod inclinat virtus iustitie habituata, vel quolibet aliter: puta ex aliqua passiōe aut ex aliqua amicitia vel odio &c. Sicut etiā in artificialibus edificator potest se habere ad pstruendā domū vel secundū artē edificandi, vel quolibet aliter edificādo potest vult. Quū autē fides de qua saluator loquitur virtus quedā sit qua fiunt dicta, dupliciter de homine fideli loq̄ possumus. Primo p se & formaliter: hoc est quatenus fidelis & quatenus ex fide opat̄. Et sic pculdubio q̄ fidelis est in paruo, fidelis est i magno aut maximo: quoniā virtutis obiectū quū nō sit minimum quid, sed magnum aliquid ac difficile, virtus illa que ad minima se extendit, multo magis ad magnum tēdit tanquā ad propriū obiectum. Si vero loquamur de homine fideli per accidens (hoc est secundū cōiuncta aut aduenticia accidentia) sic nulla est certa regula nisi quod faciet prout volet. Et ex hoc capite contingit vt multi fideles sint in paruis qui fideles non sunt in magnis: non enim hoc prouenit ex defectu fidei, sed ex defectu non vtentis fide, nam quantum est ex parte fidei, qui ex fide bene se habet in paruis, multo magis ex eadem bene se haberet in magnis: sed tales in magnis ideo infideles inueniuntur quia aliunde mouentur quā ex fide, nulla em̄ virtus adeo firmat animū hominis ad seipam, quin relinquat libertatē non vtendi ipsa. Et per hoc patet responsio ad primam obiectionem.

¶ **Ad secundā vero dicitur, quod virtus quū sit ha**

Tentaculi quiuti questio tertia. Ixviij.

bitus de difficili mobilis et circa difficile, aut non est si a magno sui generis attractio vincitur, aut si est superat sui generis quecumque impedimenta: non enim temperantia superatur a superfluis delectationibus tactus, sed omnes eas moderando domuit.

De attractio ergo tetante hominem ad perfidiam, dupliciter loqui possumus: scilicet per se vel per accidens, nam si loquimur de attractio spectate per se ad genus fidei, non est ratio maior corrumpendi fidem in maiori attractio quam in minori: quin potius facilius est delinquere fidelē circa minima quam circa magna: quoniam circa magna tanquam circa propriū obiectum magis vigilat virtus. Si vero de attractio extraneo sermo est, nihil officit proposito: quoniam sermo domini per se et formalis est.

Et per hoc facile patere potest quid dicendum sit ad obiecta contra secundam sententiam. Nam proportionaliter dicendum est de vitio iniquitatis sicut dictum est de fidei virtute: est enim sermo domini de iniquitate per se et formaliter. Et intendit quod si quis ex iniquitate male se habet in modico, ex eadem iniquitate male quoque se haberet in magno si magna materia presentaret: quoniam iniquitatis obiectum non est paruum quid (quod modicum pro nihilo reputatur) sed magnum aliquid: ac per hoc si iniquitas est tanta ut etiam ad minima deiciat animum, multo magis ad magna flectet tanquam ad propriam materiam. Unde et proverbialiter dicitur, cani lingenti cinerem ne credas farinam.

Obiecta autem in oppositum similiter solvuntur: quod scilicet militat secundum ea que sunt per accidens. Ex fragilitate si quidem humana et non ex iniquitate peccat venialiter que non

Ientaculi quinti questio quarta.

peccarent mortaliter: et similiter non ex mentiendi consummato vitio mentiuntur iocose aut officiose quod non mentiretur pnciose, sed ex alijs accidētibus. **N**on obstat quoque adducta similitudinis ratio de infirmitate: quoniam non dicit dominus omnē infirmitatem ducere ad mortem, sed quod tam virtus quā vicium si ducit ad modicum sui generis, ducit etiam ad magnum illius generis, obiectio autē de genere in gen^o migrat: de infirmitate scilicet nō mortali ad infirmitatē mortālē. Stat itaque dñi sententia p se et formaliter intellecta, firmissima veritate solida. Nec de tertia.

Circa Quarto loco, positā sententiā Abrabe (si Moysen et prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent) ambiguitas occurrit. Tū quā experiētia testatur quod multi Gentiles ex miraculis visis cōuersi sunt ad fidē, quod nec Moysen nec prophetas audissent. Tum quā ratio ad hoc ducit, ut plus moueantur a Moysse et prophetis si adiuncta fuerit resurrectio alicuius mortui quā ex Moysse et prophetis solis, unde vsque hodie nō desunt christiani dicentes, si videremus vnum mortuum resurgere, faceremus et diceremus etc.

Ad hoc dicitur quod sententiā hec Abrabe duplicē instructionē pertinet. Docet namque primo gratiā fidei: quod scilicet fides donū dei est, et non est opus solius hominis, quātūcumque moti a miraculis multis visis. Et hoc apte significant vba hec Abrabe, dicētia quod quātūcumque mortuus alicuius resurgens testetur hominibus de penis inferni, nō propterea credēt, hinc em̄ habem⁹ quod miracula visa nō

Ientaculi quinti questio quarta. Ixviiij

sunt sufficientia ad inducendū nos in fidei virtutē.
Dico autē notabiliter in fidei virtutē, ad excludendū
fidē coactā, qua ex euidētia miraculoꝝ ⁊ oꝝ etiā
demōēs velint nolūt credunt ⁊ cōtremiscūt, ⁊ quo-
niā ad literā Abrahā loquūt de fide formata, qua
carebāt fratres diuitis, q̄ ex eo q̄ Abraham vocat
patrē, testat̄ se ⁊ fratres suos fideles fuisse. Et ifra-
hāc doctrinā manēdo, nullā habet questionē Abra-
he sententia.

¶ Sed vltra hoc docet secundo statutā penā fidei-
bus parupēdentibus sacras scripturas: ita q̄ sentē-
tia hec intelligēda videt̄ vt reuelatiua diuini iudiciū
vt hinc intelligamus diuina dispositione desertū iri
eos q̄ Moysen ⁊ ꝑphetas non audiunt: ⁊ ita indu-
ratos relinq̄ vt etiā si viderēt miracula, nō mouerēt̄
tur propterea ad veram charitatem. Et meritoꝝ
quia ex eo quod diuinam largitatem qua prouidit
nobis de Moysē ⁊ ꝑphetis (hoc est de sacra scri-
ptura) despiciunt, merentur vt nec per miracula
visa conuersionis gratiam consequantur, nam ta-
les se habent ad veram conuersionem in deum tan-
quā non diuine grātie sed humanum tantummodo
opus sit vera ad deū conuersio: inde siquidem asse-
uerant q̄ si viderēt mortuum resurgere q̄ facerēt,
⁊ dicerent ⁊c. Quo fit vt a deo sibiꝑsis relinquan-
tur etiā quum miracula vident, qui in seipsis con-
fidunt, q̄ si miracula viderent non conuerterentur.
Et quod ita sit vt Abraham dixit, testatur Ioan.
euāgē. ca. xi. distinguēs inter Iudeos ꝑntes resurre-
ctiōi Lazari q̄ q̄dā crediderūt q̄dā autē abierūt ad
ꝑhariseos ⁊ dixerūt eis q̄ fecit Iesus: ⁊ inde ꝑtifi-
ces ⁊ ꝑhariseꝝ ciliū collegerūt vt iterficerēt Iesum.

Ientaculi quinti questio quarta.

Ex hoc em̄ quod presentium in reuurrectione Lazari quidam crediderunt in Christum ⁊ quidam non, manifesta fit ueritas sententie Abrahe quod non ex hoc q̄ alijs ex mortuis resurgit credunt homines, sed ex dono dei: est siquidē credere: donum dei: ut apostolus dixit.

Ad obiecta Autē in oppositū dicit̄, q̄ licet cōmune sit tā fidelibus q̄ infidelib⁹ hoc (scilicet q̄ credere est donū dei, ⁊ nō ex solis nobis quātumcūq; uideamus miracula) diuina tamē puidētia, differentia ordinata uidet̄ inter fideles ⁊ gētiles: quod fideles qui habēt Moysen ⁊ prophetas si non audiunt illos: relinquuntur sibijs vt nec ex miraculis conuertantur: gentiles autem qui hoc sacrilegio diuina nō contempserunt miraculis adiunandi ad conuersionem sint, unde Marcus euāgelista de conuersione infidelium dicit, domino cooperante ⁊ sermonem confirmante sequentibus signis. Et ad hanc denotandum differentiam Abraham damnato diuiti dixit, habent Moysen ⁊ prophetas, audiant illos, significat̄ em̄ p hoc q̄ fratres illius diuitis erant de numero fidelium, q̄ habebant Moysen ⁊ prophetas. Unde obiectio de gentiliū cōuersione ob miracula, nō militat cōtra hanc sententiā.

Ad alterā uero obiectionē dicit̄, quod licet multiplicato motiua ad cōuersionē, facili⁹ sit ceteris paribus hominis conuersio: in penam tamē datur fidelibus p̄tinentib⁹ traditiōes sacrarū scripturarū vt nec ex multiplicatis motiuis extrinsecis conuertantur. Errogātibus em̄ sibijs conuersionē si uiderent miracula, resistit deus subtrahendo cōuersionē

Ientaculi quinti questio quinta Ixix.

nis gratiam, scriptum est enim: superbis deo resistit. Et est sententia hec Abrahæ intelligenda regulariter: nam non est propterea alligata manus dei, ut non possit ex spiritali gratia convertere aliquem huiusmodi contemptorem excitando simul illum ex aliquo viso miraculo. Hec de quarta.

Circa Verba Joannis euangeliste quinto loco proposita (quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri) triplex ambiguitas occurrit.

Prima est quid sit huiusmodi potestas.

Secunda est quomodo stant ista duo simul: quod receperunt deum, et quod non sint filii dei sed habent potestatem ut fiant filii dei. Nam si receperunt eum, iam sunt filii dei, et si sunt filii, non opus habent ut fiant filii: quod enim iam est, non potest amplius fieri. Et e contra si possunt fieri filii, ergo non sunt filii, et si non sunt filii, non receperunt eum.

Tertia est quomodo consonant sibi invicem hec duo, scilicet, potestas et fieri. Nam potestas actiuum significat principium, ac per hoc actionis est: fieri vero passionem significat. Dissonant ergo ab invicem quod sit potestas fieri, tanquam si diceretur potestas patiendi, quod videtur implicare contraria simul: potestas enim est potestas faciendi, et non patiendi.

Ad horum Evidentiam duo sunt prenotanda. Primum est discretio eius quod est dei, ab eo quod ex nobis est in receptione qua deum recipimus per fidem: Interueniunt siquidem in huiusmodi receptione duo: hoc est, donum dei et voluntarium opus nostrum. Nec separantur hec duo in tempore, ut vel prius tempore sit opus nostrum,

Ientaculi quinti questio quinta.

¶ **Q**uod donum dei, vel prius tempore sit donum dei quod opus nostrum: sed simul tempore afficiente nos donum dei, recipimus ipsum credendo.

¶ **S**ecundum est discernere inter id quod de facto diuina prouidentia disposuit, et id quod potuisset si uoluisset aliter disponere. Nam de facto disposuit diuina largitas, ut donum fidei annexum haberet donum diuine filiationis per adoptionem: ordinauit siquidem immobiliter ut credentes in eum diuine essent nature consortes. Potuisset autem si uoluisset ordinare ut donum fidei non haberet filiationis adoptionis donum annexum, sed aliquod aliud premium apponere fidelibus suis dandum: quibus nulla appareat ratio necessarie connexionis inter fidem et celestem filiationem.

¶ **Q**uibus prelibatis, dicitur uerba Ioan. euangeliste dupliciter posse exponi. Primo de receptione per fidem ut sic, hoc est, abstrahendo a fide formata charitate. Et iuxta hunc sensum potestas est ipsa fides, que ut est qua credimus, uocatur fides: ut autem est qua possumus operari ad diuinum consortium nobis promissum, est potestas qua possumus filij dei fieri. Et sic recipiendo deum per fides, non sumus adhuc seu ex hoc filij dei, sed possumus filij dei fieri per charitatem, que sola distinguit inter filios dei et filios perditionis. Et licet huiusmodi potestas sit potestas agendi, quia est potestas operandi referendo illam ad opera nostra: est tamen cum hoc et per hoc potestas patiendi, referendo illam ad fieri et esse filium dei. Nam per opera fidei preparamur ad hoc ut fiamus filij dei ab ipso deo, et non ad hoc ut faciamus nos ipsos filios dei. Et propterea cum

Tentaculi quinti questio quinta. Ixx.

angelista non dixit: dedit eis potestatem filios dei se facere, sed dixit filios dei fieri. Ut potestas relata ad vltimum terminum scilicet esse filium dei, demonstraretur potestas non agendi sed patiendi: relata vero ad opus propinquum quo preparamur ad hoc ut fiamus filij dei, intelligat actiua in libertate nostra posita. Et sic sapientissime et conuenientissime vtrunq; simul dixit, scilicet potestatem, denotando per hoc libertatem nostram ad cooperandum, et fieri filios dei, denotando per hoc quod non facimus nos ipsos dei filios sed a deo sumus filij dei. Et per hoc patet solutio omnium obiectoꝝ iuxta primum sensum.

¶ Si vero exponantur verba euangeliste de receptione dei per fidem formatam charitate, idem est sensus, et eadem essent repetenda, excepto quod hic non esset nisi ordo nature inter fidem et charitatem, et inter fieri et esse filium dei. Unde qui sunt perspicacis ingenij, et intelligunt quid intersit inter ordinem temporis et ordinem nature, applicare facile possunt predicta ordini nature. Nam ut summarie dicatur potestas est ipsa fides: et quotquot per fidem charitate formatam receperunt eum, simul tempore receperunt tria, scilicet, posse fieri filios dei, fieri filios dei, et esse filios dei. Primum per fidem: secundum per charitatis susceptionem, tertium per ipsam charitatem. Sed primum prius natura quam secundum, et secundum prius natura quam tertium.

¶ Et secundum vtrunq; sensum significauit euangelista liberalitatem diuinam quam recipimus eum, quam hinc didicimus quod receptionem suam opus quoddammodo nostrum donat diuina bonitas gratia fidei et pietatis diuine filiatiois et ipsa etiam diuina filiatioe quamque habet esse

Ientaculi sexti questio prima.
si perfecta est receptio, hoc est, si ex toto corde eum
recipimus. Hec de quinta et omnibus pro-
positis Hude in die sancti Gregorij.

M. D. xxij.

Incipit sextum ientaculum in quo sex tractantur.



Currunt sexto in his diebus
dominice passionis
tractanda sex.

Primum verba domini in cena: non
bibam de hoc genere vite usque in di-
em illum quam illud bibam vobiscum nonum in re-
gno patris mei.

Secundum, verbum domini ad Judam in eadem
cena: quod facis fac citius.

Tertium, verbum domini ad Petrum quem per-
cussit Malchum: conuerte gladium tuum in locum
suum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio
peribunt.

Quartum apud Marcum euangelistam: adole-
scens autem quidam sequebatur eum amictus sindone
super nudo, et tenuerunt eum. etc.

Quintum, erat autem parascene pasce.

Sextum, apud Joannem: accipite eum vos et
crucifigite.

Circa Primum difficultas nonnulla est:
quia non apparet quod nouum vinum

Ientaculi sexti questio secunda. Ixxi

biberit: ea bibiturus sit Christus cum apostolis in regno patris sui.

Ad hoc Dicitur quod quum dominus dicit, quum bibam illud vobiscum nouum, si nouum potest esse nomen et potest esse aduerbiu[m]. Et si est nomen, est sermo de spiritali vino, hoc est, gaudio nouo quod Christus in resurrectione sua ob nouam corporis immortalitatem assecutus est: ita quod intendit se non amplius bibiturus corporale vinum donec transeat ad spiritali vinum, id est, gaudium immortalitatis. Quod bibiturus erat cum apostolis quoniam participes eos erat facturus illius gaudij: iuxta illud, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et hic sensus consonat verbis relatis a Luca euangelista: dum refert dominum non solum de potu sed de cibo dixisse, ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Manifestans quod donec impleatur pascha (hoc est donec figura transiret in veritatem, hoc est, Christus immolatus in cruce, expoliato inferno demersoque diabolo, liberato mundo a tenebrarum seruitute, transiret ad immortalem vitam etiam corporis) non esset amplius comesturus et bibiturus.

Si autem si nouum aduerbii vim habeat, verificatur de potu corporali: predixit enim iuxta hunc sensum dominus, quod non esset amplius bibiturus vinum usquequo resurgeret a mortuis: et quod tunc esset bibiturus cum ipsis apostolis vinum nouum, id est, nouiter, hoc est, impassibiliter et non ex indigentia aut siti ut ante passionem indigebat potu et cibo, sed ex potestate.

¶ In raculi sexti questio secunda.

Est iuxta utrunque sensum duo predixit dominus discipulis. Alterum tristitie: scilicet, quod non esset amplius in hac passibili vita comedens et bibens. Alterum letitie celeriter future, scilicet quod tunc transibat ad regnum patris sui, hoc est, ad immortalitatem corporis per resurrectionem, quam infra triduum a morte sua futuram predixerat: in qua immortalis vita participes eos esset factururus sui gaudij non solum videndo iuxta primam expositionem, sed etiam simul comedendo et bibendo iuxta secundam expositionem.

Circa Secundum (scilicet quod facis facitius) admirationem infert impulsio hec: quoniam impellere Judam ad accelerandum negocium proditoris, alienum censeatur non solum a domino sed a quocunque viro iusto: verba autem hec impulsum sonant ad negocium proditoris exequendum.

Ad hoc Dicitur, quod in negotio proditoris Christi a Juda inuenitur aliquid boni et aliquid mali. Et bonum quidem inuenitur triplex. Primum secundum effectum, qui est passio Christi. Et quantum ad hoc verba Christi, optatis sunt, quum dicit: quod facis fac citius: optat enim cito pati. Ita quod iuxta hunc sensum non impellit Judam ad accelerandum actionem, sed optat celeritatem passionis. Et hoc suum desiderium asperiebat per hec verba Jude. Tanquam diceret, quod tu facis desidero celerius pati.

¶ Secundum bonum est bonum nature ipsarum actionum Jude: omnis enim actio quantumcumque mala moraliter quum sit res aliqua, bona est boni

Ientaculi sexti questio secunda Ixxij

tate nature: et ut sic, est a deo. Et quantum ad hoc, verba hec domini sunt preceptius, et significant ordinem diuine prouidentie ad accelerandum actiones. Inde ut tempore statuto a diuina predestinatione adimpleretur passio Christi. Sicut enim malum non est deum cooperari actionibus peccatorum quantum ad bonitatem nature, ita malum non est illas precipere.

¶ Tertium bonum est ordo mali culpe, hoc est, peccati ipsius. Inde, deus enim omnipotens qui mala ordinat in bonum, peccatum. Inde ordinauit in bonum passionis Christi et redemptionis humane. Et quantum ad hoc bonum ordinis, verba domini sunt verba ordinantis, et volentis adimpleri ordine illi utendo iniquitate ipsius. Inde ad bonum.

¶ Malum autem in opere. Inde manifestum est, scilicet ipsum peccatum. Et quo ad hoc verba domini dupliciter exponi possunt. Primo permissiue. Et hoc est verum quantum ad hoc quod Iudas peccauit. Secundo factiue, hoc est, quod dominus sciebat ipsi. Inde clare et aperte quod sciebat iniquum propositum eius, ut vel sic occasionem habere posset resipiscendi: dum conspiceret magistrum suum tante sanctitatis esse ut cognosceret secretissimum cor eius, et ad quid tunc ipse ire volebat, et non solum quod sciebat in genere, vnus vestrum me traditurus est. Debebat enim hinc penitentia duci qua postea ductus est inutiliter, dicens: peccavi tradens sanguinem iustum. Vnde quum in actione sua derelata ad dominum Iesum multiplex bonum desiderabile adesset, rationabiliter a domino impulsus est Iudas ad faciendum celeriter unde tot bona conurgerent, relinquendo sibi ipsi curam sue culpe.

Circa Tertiam (omnes enim qui gladium acceperint, &c.) et duplici capite obscura videntur hec domini verba. Primo quantum ad veritatem sententie: quia non videmus verificari quod gladio pereant omnes qui gladium accipiunt, siue iuste siue iniuste accipiant. Secundo ex applicatione istorum verborum ad factum Petri: nam Petrus non videtur peccasse utendo gladio percussio contra aggressores Christi, quum haberet iustum bellum, et manifesta esset iniquitas violentium capere Christum. Et si Petrus iuste usus est gladio, quare pro ratione retrahendi gladium dicitur ei omnis enim qui gladium acceperit, &c. aut enim hec ratio non est ratio ad propositum factum Petri, aut si est ratio ad propositum, Petrus peccauit quod est absurdum.

Ad hoc Dicitur, quod non est sensus dominice huius sententie, gladio materiali perituros eos qui gladium acceperint: sed sensus est quod merebuntur gladio perire: vel quod patientur contrapassum, hoc est, tantum patientur quantum offenderunt, ut per correspondentiam pene gladii ad actionem gladii intelligamus contrapassum. Et hoc proculdubio verificatur licet non secundum speciem, secundum quantitatem tamen pene: iuxta illud quantum se exaltauit in delicijs, tantum illi date tormentorum. Et hic sensus videtur magis consonus littere, pro quanto non loquitur littera de merito, sed futura pena, non enim dicit, merentur gladio perire, sed peribunt gladio. Et per accipere gladium, intelligitur propria autoritate et voluntate uti gladio: principes enim et iudices non accipiunt quasi

Ientaculi sexti questio tertia. Ixxiij.

a seipsis, sed concesso sibi gladio a deo vtuntur: qui sunt ministri dei ad vindictam malorum: vt Petrus prime sue epistole ca. ij. dicit, et Paul. ad Ro. xij. Priuate autem persone defendentes se gladio absque culpa, non accipiunt gladium, propria voluntate: sed coguntur ab iniurioso aggressione vt gladio ad sui defensionem. Stat ergo solida dominicalis sententia, quod omnes qui tanquam a seipsis acceperint gladium, gladio peribunt: hoc est non erunt impuniti, sed tantum patientur quantum offenderint. Ad alteram vero objectionem dicitur, quod licet factum Petri ex parte inuentiois sue et iustissime cause fuerit laudabile, dupliciter tamen mali speciem habuit. Primo quia princeps apparet, dum sciens spontanea magistrum voluntatem ad patiendum, non debuit prentem magistrum et requisito domine si percutimus in gladio, ante responsionem percutere. Secundo (quod magis videtur) quia ad vindictam magis quam ad defensionem percutio illa spectabat. Nam presente cohorte presidis et ministris Iudeorum adeo quod erat turba multa cum armis et c. prudens ratio non debebat mouere Petrum ad defensionem: quam vana, prospiceret hominibus defensio: et potius nocitura esset quam profutura. Prodesse siquidem non poterat, praeter tot et tales. Nocere autem multum poterat: utpote quod ministros curie percussissent, et domino imputaret quod armis conatus fuerit se defendere, propter hec enim euitanda scandala dominus statim Malchum sanauit. Quo fit ut percussio illa quasi ad vindictam tenderet: ut faciunt hi qui etsi non possunt euadere, volunt tamen vindictam qualectumque possunt facere antequam capiantur. Et sic percussio Petri habuit speciem vindicte, quam priuatis personis illicita est. Verba ergo domini non extra, propositum allata sunt, praeterea retrahendi gladium a Petro extractum: quam factum

R

Lentaculi sexti questio quarta.

Petri reprehensibile erat, tanquam habens speciem mali: hoc est vindicte. Et Petrus erat tanquam accipiens gladium: hoc est quasi propria potestate utens gladii ad quasi vindictam.

Utor autem istis quasi et tanquam: quoniam de ipso opere loquor, et non de intentione Petri, quam nesciens quid faceret ad defensionem magistri tenebat. Unde dominus ex duobus capitibus petrum arguit. Primo ex parte facti habentis speciem mali. Secundo ex parte impedimenti quod prestat. Petrus divine ordinationi, nesciens quid faceret.

Circa Quartum de adolescente sequente christum, incertum est quis fuerit, certum tamen videtur quod nullus apostolus fuit. Et quidem quod non fuerit Joannes euangelista, constat ex etate nam tunc temporis Joannes non erat adolescens: quoniam transierat trigessimum etatis sue annum: ut patet computando annos quibus postea vixit usque ad nonagesimum etatis sue annum. Obiit siquidem anno a passione domini sexagesimo septimo vel octavo imperante traiano: quibus annis si addatur quod superest usque ad nonagesimum nonum sue etatis annum, manifeste apparet quod iam erat xxx. annorum ad minus tempore passionis Christi: ac per hoc non erat adolescens. Et quum dicatur iunior Joannes reliquis apostolis, consequens est quod nullus alius apostolorum fuerit ille adolescens.

Siquis etiam verba Marci euangeliste diligenter perspiciat, idem inueniet, nam quum dixisset quod discipuli omnes fugerunt, tanquam e regione commemorans adolescentem, subdit, adolescens autem quidam sequebatur eum. Hinc enim insinuat omnibus apostolis fugientibus adolescentem secum

Ientaculi sexti questio quinta. Ixxiij.

tum esse Christum ac per hoc non esse illum de numero apostolorum.

Quod etiam tertio hoc idem ex modo quo optus erat, scilicet in ydone super nudo corpore.

Non videtur siquidem verisimile quod apostolus aliquis sic cooperatus cenasse cum Christo: quoniam huiusmodi operimentum, scilicet quasi circumuolui uel no lintbeamine, non sit ordinarius modus vestiendi sed accidentalibus his qui surgunt ex lecto. Et tunc estimari potest quod adolescens ille in lecto erat ibi in orto, et surrexerat vel forte ad rumorem vel ad aperiendum ianuam orti, vel etiam amans Christum utpote frequenter conuersatus in illo orto sequebatur eum.

Circa Quintum de pasce, serupulus nonnullus occurrit: ex eo quod dies ille qui passus est Christus erat primus dies pasche: utpote in cuius principio vespertino immolatus erat paschalis agnus, primus autem dies pasce erat sanctus, et nullum opus seruale in eo erat licitum: ut patet **Leui. xxiij.** Quo ergo erat dies preparationis ac per hoc opus seruile, ut euangeliste dicunt.

Et confirmatur ex eo quod Lucas euangelista dicit quod mulieres que cum Iesu venerant de Galilea, viderunt monumentum et quemadmodum positum erat corpus, et reuertentes parauerunt aromata et unguenta: et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. Vbi apparet quod ipsa die pasce mulieres parauerunt aromata et unguenta.

Ad hoc dicitur quod festiuitas diei septimi, que sanctificabatur in memoriam quod deus regeuit die septimo ob omni opere quod pararat, excedebat ceteras festiuitates, ita quod non solum arctius sanctificanda

K ij.

Ientaculi sexti questio sexta

erat dies septima, sed etiā violari sine crimine tamē poterat alia festiuitas veniens in feria sexta ob reuerentiā diei septime.

¶ Nec hoc ego somnio: sed ex Exodo ca. xvi. accipi. ibi em̄ expresse mandat absq; exceptiōe cuiuscūq; festiuitatis vt feria sexta colligāt cibaria duplicia, et parent parāda et coquant coquenda propter diē septimā. Quū em̄ sciret lex multas festiuitates posse cōtingere in feria sexta, et nullā exemptā fecerit ab hmoi pparatiōe propter diē septimā, pcessisse videtur vt talis festiuitas in sexta feria eueniens min⁹ sanctificaret: alioquin oportuisset legē disponere et ordinare qd̄ quandoq; (scilicet adueniēte festo in feria sexta) colligēda fuissent cibaria triplicia in feria quinta, et pparanda et coquenda: quod nunquā sancitū inuenit. Et hinc licita erat parascene hoc est pparatio, p solennitate sabbati, et licitū erat et coquere et emere etc. **¶** Et sic cessant obiectiones.

Circa Sextū de verbis Dilati ad pōtīfices Iudeoz, questio ncula occurrit cur pōtīfices Iudeoz recusarunt iudicare et crucifigere p seipsos christū, Dilato his remittente Christū ad eoz iudiciū: vt Joānes euāgelista testat. Mirum em̄ hoc videt: quū tam vebemēter desiderarent et pcurarent occisionē Christi.

Ad hoc Dicitur, q̄ reuera semel tantū pōtīfices Iudeoz recusarūt iudicare Christū, scilicet prima vice: q̄ nō pmittebatur eis dānare ipsum ad mortē vt volebāt, sed tantū modo iudicare ad leuiorē penam.

¶ Quod vt clare p̄cipiat, notanda est series et vborū et gestorum: quoniā ex ea clare apparet sic esse

Ientaculi sexti questio sexta. lxxv.

Pontifices enim quam intulissent christum vinctum in p̄to: iū Pilati vt mandāte Pilato iterficere, tēta runt primo si sine expressiōe specialis criminis ⁊ di scussiōe cause, solo eoz testimonio quasi ex auctori tate possent inducere Pilatū ad p̄sentiendū morti Christi tanq̄ p̄sone abiecte, ⁊ p̄pterea Pilato inter roganti eos quā accusatiōe affertis aduersus ho minē hunc: respōderūt p̄ locū ab auctoritate pro pria, si nō esset hic malefactor nō tibi tradidissē eū. Et tunc Pilatus sciens q̄ p̄ inuidiā tradidissent eū, ⁊ videns eos stare in sua dignitate ⁊ auctoritate q̄siuit repellere a se hanc causam, ⁊ dixit eis, accipi te eū vos, ⁊ secundū legē vestrā iudicate eum.

Ubi duo faciebat: q̄a ⁊ respōdebat p̄sequēter pō tificibus, ⁊ saluabat vitā Christi. Respōdebat q̄dē p̄sequenter, tanq̄ dicens, ex quo vos nō vultis vt ego cognoscā de causa, sed vultis q̄ cognitio vestra sufficiat, accipite eū vos ⁊ iudicate. Saluabat vero vitā Christi, q̄a dixit iudicate secundū legē vestrā, signāter em̄ dixit v̄ram, ⁊ nō dixit legē Moysi: vt p̄ li vestrā itelligerēt legē sibi p̄missam seu p̄cessam a romāis. siue illa lex eēt ipsa lex Moysi limitata seu moderata a Romāis quātū ad iurisdictionē mor tis, siue essent statuta aliqua a Romāis, illis data. Et q̄ iste fuerit verus sensus v̄boz Pilati, testat̄ respōsio p̄tificum quā dixerunt, nobis nō licet in terficere quenquā. Tanq̄ dicerent, iste malefactor mereēt penam mortis, que excedit facultatē nostrā: nobis em̄ nō licet interficere quenq̄. Nec enim re spōsio quum cōstet quod nō est vera secundum legem Moysi absolute (q̄a secundum Moysi legem licitū est eis iterficere malefactores multos) opus

Ientaculi sexti questio sexta

est vt intelligatur secundum legem a romanis pmissam seu datā. Vnde patet ratio quare a principio pontifices recusarunt iudicare Christum: quia scilicet volebant ipsum damnari ad mortem, quod eis non pmittabatur ex illa Pilati remissione. Vnde non valentes inducere quasi ex auctoritate Dilatum ad damnationem Christi, descenderunt ad specialia crimina, accusantes ipsum in quatuor: que Lucas narrat &c.

¶ De secunda autem vice quum Pilatus dixit, accipite eum vos & crucifigite, alia est ratio & alius sensus. Dixit siquidem hec verba Pilatus postquam examinata fuerat causa Iesu Christi & ab Herode & ab ipso: & adduxerat iam ipsum foras portantem spineam coronam &c. Et non dixit eo sensu nec ea ratione vt pontificibus permitteret potestatem crucifigendi Christum, hanc enim libenter acceptassent: sed eo sensu & ratione vt crimen tanti facinoris, (scilicet interficiendi Christum innocentem) in pontifices retruderet: iuxta consuetum loquendi morem, quos impulsus ab aliquibus vt faciamus aliquid quod nobis videtur iniquum, respondere solemus, ego non possum hoc facere, faciatis vos: non pro hoc probantes aut procedentes quod ipsi faciant, sed retorquentes crimen in eos.

¶ Et quod iste sit verus sensus, & intentus a Pilato & intellectus a pontificibus, patet ex parte quod de Pilati: quia addidit, ego enim non inuenio in eo causam scilicet mortis, ex parte vero pontificum: quia directe responderunt ad retorcionem criminis: dicentes se in hac petitione nullum partem incurrere, sed diuinam legem seruare, responderunt enim, nos legem habemus, & secundum legem debet mori.

Ientaculi sexti questio sexta. Ixxvi.

quia filium dei se recit, Vbi petitionem suam ex lege diuina iustificarunt, et dñm Iesum reū usurpate deitatis dixerunt. Tanquā si dicerent, si de peccato agitur, nō putes nos causam procurare iniquā: quoniam secundum legem, pcedimus. Vnde et Pilatus audito hoc sermone inagis timuit displicere Iudeis, absoluendo illum quē lex eorum dignum morte facit.

¶ Nunquā ergo pōtiffices recusarūt iudicare christum ad mortem: sed prima vice recusarunt iudiciū sine facultate damnandi ad mortem.

¶ Secunda autem vice nō recusarunt facultatem crucifigendi Christū: quia non eis oblata fuit a pilato per illa verba: sed refellerunt crimen a se quod Pilatus in eos retorquebat prosequentes causam cōtra Christū. Et sic cessat q̄stio et obiectio.

Vnde in parasce.

ue. M. D. xxiii.

¶

¶

Ientaculi septimi questio prima.

Incipit septimum Ientaculum: in quo tractantur tria.

taculum: in quo tractantur tria.



Currunt Septimo in hac solennitate paschali tria. **Primum** est apud Lucam euangelistam de duobus discipulis euntibus in Emaus oculi autem eorum tenebantur ne eum agnoscerent. **Secundum** est unde scitur quod Thomas tetigit manus et latus Christi, ut doctores affirmant. **Tertium** quod in his diebus legitur ex Apoc. ca. v. dignus est agnus qui occisus est accipere dominitatem.

Circa Primum (oculi autem eorum tenebantur etc.) dubium occurrit an sit sermo de oculis corporis an de oculis anime. Quod enim sit sermo de oculis corporeis, ex eo apparet quod si corporalibus oculis intuiti fuissent ipsum Christum, quum haberent ex pristina conversatione sensitiuam notitiam eius, videndo cognouissent eum non minus tunc quam ante resurrectionem, unde ex hoc ipso quod videntes ipsum non cognouerunt eum, habetur quod aliquod impedimentum in eorum corporali visione erat quod fiebat ut videndo non cognoscerent ipsum sicut prius videndo cognouerant.

Quod vero sit sermo de oculis mentis, ex duobus apparet. Primo: quia illi tunc oculi detenti sunt ne eum agnoscerent qui postea aperti sunt in fractione panis: sed in fractione panis sunt aperti oculi interiores: ergo de illis mentes dixerat euangelista quod oculi eorum tenebantur.

Secundo ex eo quod non sufficiens impedimentum cognitionis Christi allatum fuisset ex impedimento visionis

3
Tentaculi septimi questio prima. Ixxvñ

corporalis. Nam per sensum auditus restabat sur-
ficiens via ad cognoscendum Christum: audiendo
liquidem propriam ipsius vocem dum loqueretur
in via et aperiret illis scripturas, cognoscere pote-
rant imo debebant, ipsum esse Christum: sicut ante
passionem cognouissent ipsum voce si audissent i-
psium loquentem in nocte, absq; hoc q; videret ipm.
Unde ex hoc q; neq; audiendo ipsius vocem co-
gnouerunt ipsum esse magistrum suum, insinuatur
q; interiores erant illi oculi qui tenebatur ne agno-
scerent eum: nihil enim spectat ad oculos corpore-
os cognoscere psonā aliquā p auditū ppe vocis

Ad hoc Dicitur, q; sine dubio de vtrisq; ocu-
lis verificantur vba euangeliste: pñ-
cipalis tamen euangeliste intentio ad interiores o-
culos referri videtur. Declaro singula.

Quod enim oculi corporei discipulorum teneren-
tur ne agnoscerent eum, ex verbis Marci euangeli-
ste clarius percipitur. Nam Marcus explicat q;
Christus duobus discipulis euntibus in villā ostē-
sus est in alia effigie, vbi manifestatur q; in oculis
corporeis ambulantium discipulorum ostendebat
non propria Christi effigies sed alia: quam Lucas
insinuat ex verbis discipulorū fuisse effigiē peregrini,
dñ dixerūt, tu solus peregrinus es in Hierusalē.

Aliam autem effigiem intellige, non q; aliquā fi-
guram aeream vnus peregrini formauerit dominus
coram oculis illoz (qm̄ dominus seipsum eis mon-
strauit) neq; q; in oculis discipulorū aliqua egritu-
dinis seu illusionis species facta fuerit, qua impedi-
ta fuerit visio colorū et figure ipsius Christi (qm̄ nul-
la ad hoc ratio ducit) sed q; facies Christi immu-

R v

Ientaculi septimi questio prima

tabat tam diaphanum medium q̄ oculos discipulorum non s̄m omnem dispositionem quam habebat, sed secundum aliquid sic ⁊ s̄m aliquid nō. Verbigratia, immutabat secundum aliquid suoz lineamentorum, oculoz, nasi, frontis. ⁊c. ⁊ secundum aliquid non: aut secundum aliquid coloris sui ⁊ secundum aliquid non. Et sic apparebat in alia effigie, ⁊ sic apparebat peregrinus: non per formam seu figuram alteram, sed per subtractionem immutationis secundū omne quod s̄ue figure seu coloris erat: hinc enim apparentia fit alterius. Et parua huiusmodi varietas in immutando sufficit ad alienā effigiem apparentam ⁊ ad non apparentam propriā quoniam species visibilis sic deficiens ab integritate obiecti representat non talem faciem, nō tales oculos, ⁊c. ac per hoc representat alienam effigiem. Constat autem hoc fuisse in potestate ipsius Christi: in cuius potestate erat efficere vt etiam presens non videretur. Et sicut non miramur corpus Christi gloriosum non immutasse oculos corporeos discipuloz quatenus erat lucidum, ita non est mirandum q̄ non immutauit oculos istorum duorum secundum omnem dispositionem sui vultus. Ex hac ergo subtractione immutationis immutabantur oculi discipulorum ad videndum Christum non sub propria effigie, ⁊ ad indicandum ipsum peregrinum. Et in hoc consistit impedimentum quo oculi eorū corporei tenebantur ne enim agnoscerent. Et hec q̄ ad impedimentum iudicij secundum corporalē visionem sufficere videntur.

¶ Sed quō auditus iudicij impeditū fuerit vt non discernerint vocē Christi, non videtur similis rō.

Tentaculi septimi questio prima lxxviii

Nam fictioni simile videtur, q̄ vox Christi aliter immutauerit auditū eorū q̄ formata ab ipso Christo fuerit, aut q̄ s̄m aliquid immutauerit & s̄m aliquid non. Vnde rationabiliter intelligimus: q̄ sicut homines qui sciunt varijs loqui linguis, diuersimode loquuntur dum diuersis vtuntur linguis, et sicut qui personam alienā fingunt loquendo ita q̄n q̄ loquuntur vt a non videntibus eos putentur illi esse quorū personam fingunt in loquendo, ita multo magis dñs Iesus diuersis modis loq̄bat̄ & non s̄p loquebat̄ mō quo p̄suetus erat loq̄ añ passionē, seruato tamen eodē idiomate. Et sic istis duobus discipulis aliter locutus est quā consueuerat ante passionem: ita q̄ vox nō sonabat ipsum Christum ex hoc ipso q̄ non erat illo modo formata quo consueuerat formari ante passionem.

Et q̄ hoc ita sit ex euangelio Joannis accipere possumus: dum eodem resurrectionis die Christus dominus a maria Magdalena non est primo cognitus in voce, dum ei dixit: mulier quid ploras, quem queris? & quasi statim est ab eadem cognitus in voce, dum dixit ei Maria. Ex hoc enim q̄ in secunda voce tam breui cognouit eū, & in prima pliore non cognouerat eum, accipimus q̄ primā vocem Christus formauit quasi alienam, s̄m aut̄ more solito ante passionē: & p̄terea statim Maria cognouit eū. Ex hac em̄ solita & cognita Chri voce, a Maria cognitus ē: & nō sufficienter ex hoc q̄ nominauit eā priore noīe: nā si s̄m priore vocē q̄ estimabat hortulan⁹, dixisset nomē priū, Maria non habuisset rōnem cognoscendi eum, s̄ interrogandi vñ me nosti, ex q̄ estimabat illum hortulanum esse.

Ientaculi septimi questio prima

Sed dum audiuit suauissima illa voce magistri sui quā solita erat audire, vocari se nominatum habuit sufficientissimā rōnem cognoscendi eū. ¶ Sic ergo duobus istis discipulis dñs nec propriā effigiē subtrahendo aliqd̄ immutationis corporalib⁹ oculis monstrauit, nec solitā vocem auribus eoz p̄posuit. Et propterea interiores oculi eoz tenebatur ne agnoscerent eū: ita q̄ pars interior cognoscitiua nō habebat ex parte sensuū vñ iudicaret illū hominem esse Ch̄istū: qm̄ nec p̄ sensum auditus nec per sensum visus offerebāt sensibilia offerentia indiuiduū Ch̄isti. ¶ Præter hanc aut̄ causam alia extabat cā impediens oculos internos, s. minus bona dispositio mentis eoz, quā ipsimet cōfessi sunt dicēdo, nos aut̄ sperabamus, quāq̄ Ch̄s reprehēdit dicens, o stulti et tardi corde, &c. ¶ Dinc em̄ merebant̄ vt dñs nec per visum nec p̄ auditū se eis aperiret. ¶ Dinc etiam merebant̄, vt dū aperiret eis scripturas, ad huc non cognoscerent eum.

¶ Et p̄ hec patet scdm̄, s. q̄ principalis intētio enā geliste est loq̄ de oculis interioribus, q̄ ex tot partibus tñbantur ne agnoscerēt eū: nam vt dictū est, tenebantur ex parte visus corporei, et ex pte auditus corporei, et ex pte desperatōis stultitię et tarditatis. ¶ Et hi sunt q̄s fateri oportet aptos in fractiōe panis: si pro q̄a fractio panis non p̄comitanter s̄ casualiter p̄currit ad hoc q̄ illi cognoscerent Ch̄istum. Concurreret siquidē fractio panis concomitanter si non ex ipsa fractione panis, sed dū frāgeret Ch̄us panē discipuli cognouissent ip̄m, hoc est, si dū frangeret panē, figura ch̄i immutasset oculos illorū s̄m se totā, et sic apti dicerēt oculos eoz corporei.

Ientaculi septimi questio prima Ixxix

Sed hec expositio dissonat a plano euāgelij sensu: nō em̄ replicatū eēt q̄ uarrauerūt aplisq̄ cognouerūt eū i fractione panis, si fractio panis ꝓcomitāter solū ꝓcurrisset: ita em̄ potuissent dicere q̄ cognouerunt eū in benedictione panis, aut in acceptiōe aut in porrectione eiusdē sicut dixerūt in fractione: qm̄ Ch̄s non solū fregit, sed accepit, sed benedixit, sed porrexit panē. Quocirca explicando solū fractionē causam denotauerunt cognitionis. ¶ Et licet euāgelista non explicet modū quo fractio panis causauit i eis cognitiōē Ch̄risti, attē ex hoc ipso q̄ ponit fractionē ipsam fuisse causam cognitionis, insinuat miraculū aliquod in illa fractione interuenisse: puta q̄ manibus frāgebat sicut alij castello incidunt: et hoc tanq̄ consuetū fieri a dño añ passionē, mouit eos ad cognoscendū ipm̄ esse Ch̄r̄m. Ex eo em̄ q̄ isti duo discipuli narrauerunt apostolis quō cognouerunt eū in fractione panis, manifeste intelligitur modū aliquē interuenisse in illa fractione quo cognouerūt illi ipm̄ esse Ch̄ristū Jesum, nā nō dicit eos narrasse q̄ cognouerūt eū, sed quō cognouerunt eum, nec dicit quō cognouerunt eū absolute, s̄ determinat in fractione panis. Illud igit̄ aduerbiū quō determinans cognitiōē in tali motino ad cognoscendū, s. in fractione panis, incitat nos ad intelligendū interuenisse i illa fractione panis, modum aliquē dño Jesu ch̄risto proprium, ex quo discipuli cognouerunt ipsum esse dominum Jesum.

¶ Et licet de hoc mirabili actu fractionis q̄ fuerit Ch̄risto ꝓsuetus añ passionē euāgelia, nō expresse testent̄, ex hoc tñ̄ textu et ex euāgelio Joannis non irrationabiliter sumit̄. Ex hoc q̄dem textu non solū

Ientaculi septimi questio secūda

quia tanq̄ solitus Iesu Chusti actus duxit istos discipulos in Chusti cognitionem, sed etiā ex eo q̄ isti discipuli narrauerunt apostolis quō cognouerunt in fractione panis: tanq̄ attestātes actionē Chusti propriam ⁊ ex consuetudine notam omnibus discipulis. Quasi dicerent, nos cognouimus ipm̄ certa cognitione, quum vidimus ipm̄ frangere panē more solito vt scitis q̄ consueuerat frangere. Ex euangelio aut̄ Joannis, nam Joā. vlti. qñ ad mare tiberiadis Chustus post resurrectionē manifestauit se discipulis, ad insinuandum per hunc consuetum actum Chustum puer satum cum discipulis dicitur ⁊ venit Iesus, ⁊ accepit panem ⁊ dabat eis et piscē similiter. Nec em̄ verba ad id tendere videntur, q̄ Chustus tam panem q̄ piscem diuidebat discipulis proprijs manibus: non enim integz panem neq̄ integrum piscem illis dabat. Vnde ⁊ signanter euangelista apposit li similiter: vt declararet q̄ simili modo dabat piscem quo dabat panem, hoc ē, q̄ ita manibus frangebatur piscē sicut frangebatur panem. Nec de primo.

Circa Secūdum, de tactu Thome ratio dubitandi est, quia in euāgelio nō legimus Thomam tetigisse. sacri aut̄ doctores sp̄ali Leo ⁊ Greg. tactū affirmāt interuenisse.

Ad hoc Dicitur, q̄ ex verbis domini recitatis in euangelio Joannis intelligitur Thomam tetigisse, nam per actum videndi scavit euangelista huiusmodi tactum.

Quod non voluntarie dicimus, sed pluribus euangelistis manifeste habemus. Apud Lucam nāq̄ dñs ipso die resurrectionis dixit discipulis: palpate

3
Ientaculi septimi questio secūda lxxx

et videre, quia spiritus carnem et ossa non habet.
Vbi li videte non visionē corporalem significat, s; certificationē cognitionis ex tactu ita q; dicēdo palpat et videte, dicebat palpate et certificate vos.

Apud Joannē q; dominus dixit Thomae: infer digitum tuum huc et vide manus meas, non enim digito videre poterat manū, s; digito certificare se poterat de fissura clavi in manu; et p;terea dicens infer digitū tuū huc et vide, dicebat infer digitum tuum et certificare. Nec euangeliste vsurparunt vidēdi vocabulum ad designandā certā cognitionē, sed vsuratum loquendi modum sequuti sunt: consuevim; eū videndi verbo vti non solum ad significandum corporalem visionē aut intellectualem, sed etiam ad significandum certam cognitionem s; in quēcunq; sensum. Et videtur hic vsus deriuatus ex certitudine sensus visus. Vñ et in psal. dicitur de sensu gust; spiritali gustate et videte quoniam suavis est dominus.

Et hoc ergo q; in hoc proposito ipse domin; vsus est videndi verbo ad significandam certā cognitionem s; tactum, tam ad apostolos alios apud Lucam in die resurrectionis q; ad Thomā apud Joannem post octo dies, consequens est vt affirmate domino, quia vidisti me Thomae credidisti, affirmata sit certificatio secundum tactum: que per verbum vidēdi significata et oblata ab ipso Christo erat. Ita q; dicendo quia vidisti me credidisti dixit, quia tangendo certificatus es credidisti. et. Unde patet ex euangelio haberi q; Thomas tetigit, et p;terea confessus est credendo, dominus meus et deus meus. Nec de secundo.

Ientaculi septimi questio tertia.

Circa Tertium dubitanci ratio est, quia
Christus dñs ab eterno fuit deus:
nec per mortem desijt esse deus: nam tot⁹ de⁹
ns erat in sepulchro, ⁊ totus de⁹ erat in inferno cū
anima Christi. Quomodo ergo post resurrectionē
suam de eo dicitur, q̄ dignus est accipere diuinitas
tem, quasi non haberet illam.

Ad hoc Breuiter dicit, q̄ accipere dicimur
aliquid non solum si de nouo accipi
mus illud, sed etiam si prius illud habentes de nouo
utimur. Vnde ⁊ habens gladium dicitur acci
pere gladium quando de nouo utitur illo.

Et iuxta hunc sensum dñs Iesus licet ab eterno fu
erit deus, ⁊ nunq̄ desierit esse deus: quia tamē post
resurrectionem suam vsurus erat diuinitate sua ma
nifeste, quam sub passibili carne tanto tempore oc
cultam tenuit, ⁊ ex merito passionis sue debebatur
sibi manifestatio glorie sue (vt apost. ad Philip. ij.
dixit) ideo dignus post resurrectionem suam dicit
accipere diuinitatem non ad de nouo habendum il
lam, sed ad manifestum vsus illius, qui vsus vsque
ad diē iudicij quo manifestissime apparebit omi
bus deus extenditur. Nec de tertio ⁊ tota hac
parte. Bude sabbato in albis. M. D. xiiij.

Incipit octauum.

Ientaculi octavi que est io prima. Ixxxii

Incipit viij. Ientaculum

in quo declarantur de peccatis quinqz.



Occurrunt Octavo de claranda de peccatis quinqz.

Primum est Mat. xij. omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: spūs autē blasphemie nō remittetur.

Secundum est prime ad Cor. vi. omne peccatū quod cū fecerit homo extra corpus est: quod autem fornicat in corpus suum peccat.

Tertium est i. Joā. vlti. Qui scit fratrem suum peccare peccatum nō ad mortem, petat, et dabit ei vita peccanti nō ad mortē: est peccatū ad mortem, nō pro illo dico ut roget quis.

Quartū est Apo. iij. vtinā esses calidus aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, dives sum, et locupletatus, et nullius egeo: et nescis quia miser es et miserabilis et pauper et cecus et nudus.

Quintū est Apo. vlt. quod nocet noceat adhuc: et quod sordidus est sordescat adhuc.

Circa primum Matth. xij. Omne peccatū et blasphemia remittetur hominibus, scriptus autē blasphemie nō remittetur. Dubiū occurrit de differentia posita inter spm blasphemie et reliqua peccatā hominū quātum ad hoc quod spūs blasphemie nō remittetur, reliqua vero remittentur. Nam aut est sermo de remissioe quātū est ex natura peccati. Et sic nō saluat differentia posita: quia cōmune est omni peccatō mortali, quātum est ex parte

¶

Ientaculi oct. vii questio prima.

sui esse irremissibile: quum ratiat hominē dignum
eterna morte, et p̄stituat inimicū deo. Aut est sermo
de remissione secundū potentiā. Et nec sic saluatur
differentia posita: quia cōmune est omni peccato
mortali posse remitti, non solū p̄ om̄ipotētiam dei,
sed p̄ misericordiā ei⁹ solitā, tā p̄ sacramētū q̄ p̄ sa-
cramentum penitentie. Aut de remissione in actu:
hoc est quod reliqua remittentur: hoc nō. Et nec
sic saluatur differentia posita, sed vtrinq; falsa vide-
tur, nam nec de omnibus reliquis peccatis hominū
verificatur q̄ quandoq; remittentur hominū
bus: quū multi damnentur p̄pter huiusmodi pee-
cata, nec pro vero asserēdum est aliquod quodcūq;
q̄ sit illud peccatum hominis in hac vita quod nū-
quam remittetur: quoniā affirmare hoc, est pone-
re hominē illum in desperationē, nam si certifica-
tus esset quis per domini sententiā quod peccatum
spiritus blasphemie nunquā remittetur, haberet
causam desperandi habens tale peccatū: vtpote cer-
tus de non consequendo remissionē.

Ad hoc Dicit, q̄ quū manifeste spiritus bla-
sphemie distinguatur in litera cōtra
blasphemiam, videtur p̄ spiritū blasphemie intelligē-
dū quoddā speciale blasphemandi genus, quod iū-
dicio meo cōstat ex maligna machinatione aduer-
sus deū: dū aliquis ad hoc dat operā vt que dei esse
cognoscit aut putat destruat, puertat, alij attribu-
at &c. h̄mōi em̄ blasphemie gen⁹ merito blasphemie
spūs appellatū est, p̄pter plenitudinē rationis bla-
sphemandi. Et p̄pter cōsuetū loquēdi morē q̄ appel-
lamus hominē om̄ibus opponentē habere spm̄ cō-
tradictiōis, ita h̄mōi malignātes dicuntur habere

Ientaculi octaui questio prima lxxxij;

spiritum blasphemie. Inter hoc igitur crimen spiritus blasphemie, et alia peccata et ipsas blasphemias differentia quo ad remissionem est, quod reliqua regulariter loquendo remittuntur hominibus, hoc autem regulariter loquendo nunquam remittitur. Ita quod dominus hanc differentiam reuelasse videtur in hoc textu. Et quamvis etiam istis si penitentiam agerent venia daretur, disposuit tamen diuina iustitia punire istos impenitentes peruenire. Ita quod sub hac dominica reuelatione cadit non solum negatio remissionis, sed negatio domini penitentiae, tanquam si dictum fuerit, quod peccantibus spiritu blasphemie nunquam concedetur remissio: quia nunquam concedetur eis gratia penitendi, exigente hoc maxima illorum nequicia.

Ad dubitationem igitur respondetur quod sermo est de actuali remissione non simpliciter et absolute, sed regulariter: hoc est secundum commune cursum.

Et quum obijciatur quod non omnia reliqua remittuntur etiam secundum eundem cursum, respondetur dominum non dixisse quod reliqua remitterentur singulis hominibus, sed dixit quod remittentur hominibus: ad quod verificandum sufficit quod remittantur aliquibus hominibus.

Quod vero obijciatur de desperatione, soluitur dicendo quod talis non debet desperare: quoniam deus non aliquid ligauit misericordiam suam communi cursui, sed propter illum seorsum supra illum pluries misertus inuenit peccatores: ut patet de Latrone, de Paulo, de Magdalena, quos supra commune cursum statim ita euexit. Omni ergo conatu ieiunijs et elemosynis et orationibus, aliisque suffragijs tanto magis conari talis deberet ad diuinam implorandam misericordiam, quanto remotiore se ab illa constituit. Nec de primo.

Ientaculi octaui questio secunda

Circa **Secundu** i. ad Cor. vi. (Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicat, in corpus suum peccat) questio occurrit, tum contra primam partem, tum contra secundam. **Contra primam** quidem: quoniam falsum videtur omne aliud a fornicatione peccatum extra corpus esse. Apparet enim triplex manifesta instantia. Prima de comestationibus et ebrietatibus, quas constat peccata esse in corpore et non extra corpus. Secunda de percussione et vulneratione sui ipsius: quum enim quis percutit aut vulnerat seipsum, manifeste peccat contra corpus suum plusquam ebrians se. Tertia de abusu manuum loco pedum: ut si quis ambularet more quadrupedum, hinc enim maxime peccaret in corpus suum, de honestans illud, et abducens ac deiciens ab humana dignitate et efficiens illud simile bestiis.

Contra secundam vero partem: quoniam non apparet vera neque per se neque per accidens. Non per se: quia licet in peccatis contra naturam contumelia fiat corpori (iuxta illud ad Roman. i. ut contumeliosus afficiant corpora propria) in peccatis tamen naturalibus quale est fornicatio, nulla apparet iniuria corporis sed anime dum anima subditur corpori et inquinatur peccato. Nec per accidens: quoniam non oportet fornicantem nocere corpori proprio, quum semen sit de superfluo individui etc. Et si ad ea que sunt per accidens egrediendum est, in promptu obijceretur quod plures occidit crapula quam gladius.

Ad hoc dicitur, sermonem apostoli esse de peccatis humanis in genere. Ita quod non intendit fornicationem comparare singulis peccatorum speciebus, sed comibus generalibus peccatis: nec loquitur

Ientaculi octauī questio secūda. lxxxij.

de effectibus peccatorū sed de peccatis ipsis. Et intendit q̄ solū pctm̄ fornicatiōis ⁊ tanto magis ad alterij ⁊ similiū est pctm̄ in corpus propriū: hoc est infert iniuriā pprio corpori, quū distinguit̄ em̄ peccatū in deū in pximum ⁊c. sensus est q̄ infert iniuriā deo, infert iniuriā pximo ⁊c. Sic p̄ hoc quū dicitur hic q̄ peccat in corpus ppriū, sensus est q̄ iniuriā facit proprio corpori.

Unde ad obiecta p̄tra primā partē r̄ndendo dicit̄, q̄ neq; comessatio neq; ebrietas iniuriosa ē corpori pprio in ipso actu peccati: quū effectus eaz̄ iniuriolus sit corpori, p̄ quāto illi nocet, ⁊ p̄ tāto dicitur extra corp⁹ esse quo ad iniuriā: q̄a extra corpus sumit̄ hic, vt distinguit̄ contra peccare in corpus propriū: in quo fornicatio a reliquis differre dicitur.

De percussioe autē ⁊ vulneratione ppria, dicit̄ hmōi crimia cōputari extra ḡnalem rōnē peccatorū cōiū: vt patet ex hoc q̄ homicidiū fm̄ cōem suā ratiōnē nō ponit̄ pctm̄ in corpus pprium, ⁊ tamē occidere seipsum, maxime est contra corpus pprium. Unde hmōi sp̄alia peccata vt existentia extra comparationē quā facit apostolus reiicienda sunt.

De ambulatiōe vero more quadrupedū ⁊ simili bus dicit̄, q̄ quū hec sint pctā plusq̄ humana (quā apud philosophos sunt pctā bestialitatis) valde remota sunt a p̄paratione que ab apostolo fit.

Ad ea vero q̄ obijciunt̄ p̄tra secundā partem respondetur, q̄ sermo est de iniuria quā p̄ se facit fornicatio corpori pprio. Et quum querit̄ q̄ est illa iniuria, r̄ndetur q̄ est duplex, scilicet debonorationis ⁊ subiectiōis. Debonorationis quidem, q̄a membra

Ientaculi octaui questio tertia.

sua membra facit meretricis: qui enim adberet meretrici unum corpus efficitur cum ea. Subiectiōis vero, quia mēbra sua subijcit potestati meretricis. Unde patet quod non oportet recurrere ad nocu-
menta per accidens, aut ad quecumq; alia per ac-
cidens. Nec de secundo.

Circa Tertium i. Joan. vlt. (qui scit fra-
trē suū peccare pctm̄ nō ad mortē
petat ⁊ dabitur ei vita peccanti nō ad mor-
tem: est peccatū ad mortē, nō pro illo dico vt roget
quis) difficultas occurrit de differentia peccati ad
mortē ⁊ peccati nō ad mortē, an sit sermo de morte
corporis an de morte anime. Ita q; si ad mortē cor-
poris spectatur, peccatū ad mortē intelligitur fina-
lis impenitentia: hoc est quando homo moritur in
peccato mortali absq; penitentia interiori: hoc em̄
est pctm̄ durans vsq; ad mortē corporis inclusive,
⁊ propterea ducens ad mortem eternā. Si autē ad
mortē anime spectat, vocat pctm̄ ad mortē omne
pctm̄ mortale: quia mors anime est.

Questio igit̄ est quis sit sensus Joannis apostoli
p̄ hec verba. Nā p̄tra primū sensum militant vba
ipsius tertius, dū dicitur q; scit fratrem suū peccare.
De finali siquidē impenitentia nō potest aliquis dū
viuit scire q; peccat huiusmodi peccato: sed solum
post mortē potest sciri q; peccauit finali impeniten-
tia: quoniā quamdiu viuit potest penitere, ac p̄ hoc
nō est adhuc finaliter impenitens. Et propterea de
hoc peccato non esset dicendū, qui scit fratrem suū
peccare, sed q; scit fratrem suū peccasse.

Contra secundū vero sensum (iuxta quē solū mo-
po peccatū veniale est pctm̄ nō ad mortē) militant

Ientaculi octauū questio prima. lxxx. iij

duo vba textus. Prīmū quū dicitur, ⁊ dabitur ei
vita, nam peccans solum venialiter, nō eget vt deē
ei vita: quū habeat ipsam spiritualē vitam p chari
tatem, que stat cū peccato veniali. Vnde ex hoc qd
dicit, ⁊ dabitur ei vita peccanti non ad mortem, si
gnificat quod talis peccans non ad mortē eget vi
ta: vt pote non habens illā sed expectans vt detur si
bi, quod nō conuenit peccato veniali sed mortali.
Secundū quū dicitur, nō pro illo dico vt roget q̄s.
Nam hinc sequeretur Joannem non dicere vt ro
getur pro peccantibus mortaliter, cuius contrariū
dominus docuit, orate pro persecutibus vos: ⁊ fe
cit, orans pro crucifixoribus: ⁊ Stephanus orauit
pro lapidantibus, constat autē hos oīnes peccasse
mortaliter, ⁊ nō esse rationabile vt Joannes euan
gelista discordet a doctrina ⁊ exēplis Christi ⁊ san
ctorū: discordaret autē si tūneret orandū esse, p irreti
tis peccatis mortalibus.

Ad hoc Dicit, q̄ quū sermo omnis nisi p se
intelligatur, incertus sit (vt pote va
gus per accidentia) per peccatū ad mortem intelli
gendum est peccatum quod per se machinatur ad
mortem anime: hoc est ex intentione abicit vitam
anime: vt quū q̄s ex intētiōe nō curat de salute aīe
sue, de paradiso, ⁊ hmōi. Dico autē ex intentione: p
pter eos qui nō ex hmōi intentione sed ex consue
tudine deliciarū ⁊ luxuriarum, ex consuetudine vs
urarum, ⁊ sic de similibus, viuunt tanquam nō cu
rātes de salute anime sue: tales em̄ non ex intētiōe
peccant p̄tra vitam anime sue, sed ex passiōibus, in
firmitatibus ⁊c.

Intēdit ergo Joā. euāgel. differētiā iter pctōres
L iij

Ientaculi octauī questio quarta

ex p̄temptu p̄prie salutis peccātes ⁊ inter alios qui ex ignorantia aut passiōe ⁊ h̄mōi incurrunt peccāta mortalia. Et instruit ch̄istianos vt quum viderint aliquos peccare ex ignorantia aut infirmitate ⁊c. oret p̄ illis cōfiducia: quū viderit aut̄ peccātes ex p̄temptu p̄prie vite, nō p̄sumāt petere p̄ eis veniam: sed vel relinquāt eos in cursu suo, vel (vt Bernard. insinuat) gemant. si forte diuina misericordia adijciat quod oratio nō p̄sumit. Et bene nota q̄ Ioan. nō affirmat repellendā esse orationē p̄ talibus, sed nō audet dicere vt orent pro talibus, tanquam petitio videatur p̄sumptuosa: ait enim, non dico vt oret quis.

¶ Et hic sensus p̄sonare videt̄ nō solum toti textui ⁊ p̄textui, sed etiā gestis sanctorū nā dominus orās p̄ crucifixoribus adiecit causam ignorantie: q̄a nesciunt q̄d faciunt, ⁊ Paulus p̄ quo exauditus fuit Stephanus, testat̄ se misericordiam cōsecutū quia ignorans fecit.

¶ Nō patet q̄ nenter quesitorū sensuū est int̄t̄ ab apostolo, sed iste quem diximus: cui om̄ia sonare videntur. Nec de tertio.

Circa Quartū Apo. iij. (vtinā esses frigidus aut calidus: sed q̄a tepidus es, nec calidus nec frigidus, incipiā te enomere ex ore meo: quia dicis q̄ diues sum ⁊ locupletat̄ ⁊ nullius egeo: ⁊ nescis quia tu miser es ⁊ miserabilis ⁊ pauper ⁊ cecus ⁊ nudus) ambiguitas occurrit ex quadruplici capite.

¶ Primo: q̄a incōueniēs manifestū ē attribuere alicui sancto angelo desiderium mali culpe: ac p̄ hoc nō p̄sonat illi, dicere vtinā eēs calidus aut frigidus

Ientaculi octauae questio quarta. lxxxv.

nam per esse frigidum, intelligitur alienum manifeste esse a toto charitatis igne.

¶ Secundo, quia non consonant hec duo sibi inuicē. scilicet tepor et feruor: arrogantie: et tamen in litera utitur que dicitur hunc episcopum habere: nam primo dicitur quia tepidus es, et deinde subiungitur, dicitis quod diues sum et locupletatus, et nullius egeo ubi superbe feruor magnus notatur: quum falso sibi arroget diuitias, et c.

¶ Tertio, quia aliud est ex tepore, aliud ex ignorantia peccare: nam tepor ad infirmitatem animi spectare videtur: et propterea mirum est quod in litera iste dicitur tepidus: et deinde subditur eius ignorantia dum dicitur, et nescis quia miser es et miserabilis. et c.

¶ Quarto, quia nulli debet imputari defectus non solum inculpabilis sed impossibilis euitari: nullus inquit philosophus improperebit ceco nato. Sed hominem in hac vita nescire se esse absque charitatis gratia, est defectus et inculpabilis et inuitabilis: nullus enim scit an odio vel amore dignus sit, ut dicitur Ecclesiastes ix. Inconuenienter ergo arguitur iste quod nesciat se miserum, et c.

Ad hoc Dicitur, quod homo iste ultimo descriptus de quo est sermo, habet secundum planum literę sensum conditiones quatuor. Prima est esse extra charitatem, que ex eo habetur quod describitur miser, miserabilis, pauper et cecus secundum veritatem. Secunda est esse tepidum, que clare patet in litera. Tertia est, estimare se diuitem, locupletatum, et nullius egere. Et hec etiam clare patet in litera. Et ponitur causa tepiditatis: quoniam cum coniunctione causali in litera ponitur, dicendo, quia

¶

Ientaculi octauī questio quarta.

dicis q̄ diues sum. ⁊c. Quarta est nescire se eē miserum ⁊ miserabilem, pauperem, cecum, ⁊ nudum.

Et hec quarta conditio similiter ponitur concussa tepiditatis: dum continuatur in textu cum antedicta causa sub eadem conunctione causali: vt patet intuenti.

CEx quibus omnibus colligitur, huiusmodi hominem abundare multis bonis ac donis siue naturalibus siue gratuitis, ⁊ multis bonis operibus.

Ita q̄ primum istius peccatū apparet superbia de multis bonis que in se recognoscit. Et si singula discernimus, istius hoīs oculus adeo perspiciebat bona que in se erant vt erraret ⁊ superbiret. Erraret quidem: qm̄ ex bonis s̄m̄ quid estimauit se bonum simplr, hoc est, ex donis ⁊ bonis operib. q̄bus abundat sine vera charitate, estimauit se etiam charitatem ⁊ illius dona habere. Hoc enim sonāt verba sua, dū interiori verbo dicebat, diues sum, ⁊ hoc quo ad dona tam nature q̄ gr̄e: locupletatus sum, ⁊ hoc quo ad bona opera ⁊ studia: ⁊ nullius egeo, ⁊ hoc vniuersaliter quo ad dona quecunq̄ necessaria: ita q̄ estimabat se nullo amplius dono egere: et tamen falsum erat: qm̄ carebat charitate ⁊ gr̄a gratuita. Superbiret autem qm̄ bonis illis q̄ habebat seipm̄ magnificabat: nā dicebat, ego sū diues, ego locupletatus, ego nullius egeo: quū vir rectus debuisset dicere, quia fecit mihi dñs magna q̄ potens est, ⁊c. ⁊ deū non se magnificare, nec vnquā prouinere in tā temerariā estimationē q̄ nulli⁹ egeret. Nec intelligo hūc esse tāta elatū superbia vt ex intentione supbiret (qm̄ iā esset in numero non tepidoꝝ sed frigidissimoz) sed q̄a per modum superbia

Ientaculi octaui questio quarta. Ixxxvi

bientis ⁊ tali estimationi imitantis se habebat: qđ
vt clarius patebit, facit hominem tepidum.

3
Erat qđ huic superbie ac false estimationi annexum alterius peccati negligentie: nā cū hac estimatione negligebat iste discutere interiorē dispositionem anime sue quo ad mala pene attestantia malū culpe. Nesciebat enim se esse miserū, miserabilem, pauperem, cecum ⁊ nudum: que sunt mala pene attestantia malū culpe. Et fomentū huius negligentie quous ex litera non habeat nisi antedicta superba estimatio, videtur tamen esse incertitudo charitatis.

Ita qđ ex hoc qđ non potest homo scire certa cognitione se habere gratiam gratū facientem seu charitatem, neglexit perscrutari antedicta mala sua: tanquā eiusdem rationis sit cognoscere habere se bona gratie ⁊ charitatis, ⁊ discutere huiusmodi mala. Quod tamen non est verum: nam etsi homo non potest cognoscere in se esse donum charitatis infuse, potest tamē discernere an sit pauper ⁊ cecus: paupertas enim consistit in penuria operum interiorum similium operibus interioribus charitatis: puta si habebat interiorē actum penitentie, si interiorē actum gratitudinis, si reverentie ⁊ tremoris in deum, si misericordie in proximos, si humilitatis in seipsum. Similiter de visu, si videbat eo modo videndi de quo scriptum est, ad videndum in bonitate electorum tuorum: vident enim electi in bonitate propria qđ bona vt dei, propria vero mala culpe, accusando se, corrigendo, puniendo, propria vero mala pene equanimiter tolerando, bona aliorum gaudendo, mala aliorum condolendo, ⁊c. quo contra ceci videntes in su-

Tentaculi octavi questio quarta.

perbia cordis sui, proximos videt iudicando seu contemnendo, bona eorum parvifaciendo, mala eorum accusando, indignando, &c. bona que habent ut sua magnificando, mala que habent excusando, &c. huiusmodi enim paupertatem, cecitatem & nuditates virtutum his annexam potest homo si vult diligenter in se discutere & cognoscere. Et in hoc iste homo defecit: neglexit enim huiusmodi mala pene in se discutere, & sic nesciuit seipsum miserum, &c.

Ex his autem duobus (superbia scilicet & negligentia) consurgit in homine quedam confidentia quasi manendi in statu in quo stat. Ex eo enim quod estimat se abundantem in bonis & nescit miseriam statum sui quasi securus incedit: & inde naturaliter procedit affectus tepidus ad dona gratie gratum facietis habenda. Et propterea homo iste ponitur tepidus ex his causis, scilicet quia dicebat, dives sum, &c. & nesciebat se esse miserum, &c. Huiusmodi autem dispositio tepidi animi utinam non frequens inveniatur in his qui putantes se in gratia dei esse, negligunt discutere interiorum animi sui dispositionem quam ad penuriam interiorum actuum virtutum & interioris virtutis. Signum autem tepidi animi videtur esse non progredi seu non augeri in interioribus actibus virtutum infusarum.

Et licet ex recitatis in hac litera appareat iam hunc esse verum literę sensum, solidior tamen sensus iste apparet ex subiuncto consilio exhibito in textu isti homini: dum suadetur ei in remedium studium emendi aurum ignitum, &c. In emendo siquidem, duo inveniuntur contraria tepori. Alterum est appreciare seu magni estimare id quod est emendum:

Tentaculi octavi questio quarta. lxxxvij

alterum est exhibere precium equale rei emēde. Et
primum quidem spectat ad animum: secundum au-
tem ad executionem operis. Que ideo tollunt te-
porem, quia tepidus non estimat donum gratie tā-
quam emendum, nec studet in executione exhibere
opera quasi equivalentia ad gratiam: ad que tamē
duo maxime debet assurgere tepidus, et vt summe
magnificat quo caret gratie donum, et vt omni co-
nato exerceat se quasi ad cogendum deum vt det si-
bi gratiam. Secundum quoq; remedium quod ad-
iungitur, idem testatur ad causas tepiditatis rela-
tum: nam quia et male videndo bona que habet, et
non videndo mala que habet, tepidus effectus est
medicina pro oculis ei offertur, qua impedimenta
videndi tollantur: inter que precipuum est superbia,
que collyrij vnctione tollitur, si a Christo discimus
quia mitis est et humilis corde.

Ad obiecta Igitur ordinate respondēdo
dicitur dupliciter posse acci-
pi metaphoram hanc de calido et frigido et tepido.
Primo intelligendo per calidum manifestam cha-
ritatem et per frigidum manifestam iniquitatem,
per tepidum vero medium, qualis descriptus est qd
sibi videtur bonus et tamē est malus. Et iuxta hūc
sensum optat angelus magis frigidum qm tepidum
non vt meliorem, sed vt faciliorem ad resipiscendū:
qui enim cognoscit se esse malum, facilius correcti-
onem suscipit qm is qui putat se esse bonum et qua-
si tutus tepet.

Secundo referendo metaphoram totam ad
gustum seu sumentem. Et iuxta hunc sensum tā fri-
gidus qm calidus bonus est: nam et calida libenter

Ientaculi octauī questio quarta.

summus, et similiter frigida libenter iunius: solū autem tepidum abhominabile est: utpote vomitus causans. Et sic optans angelus utinam esses calidus aut frigidus, optat bonum utinam esses sicut cibus aut potus habilis ad sumendum, ut est alimentum calidum, et alimentum frigidum. Et hic sensus magis consonat litere, pro quanto parabola hec ad hoc tendit, ut solum tepidum abhominabile dicatur tanquam vomitiū. Unde patet nihil mali per hec verba optari ab angelo.

Ad secundam obiectionem dicitur, quod in isto homine tepido esset feruor superbie et arrogantie si ex intentione superbiret ad hoc ut se diuitem, locupletatum et nullius egentem magnificaret, sed iste tepidus non ex intentione sic superbit, sed ex modo se habendi: quando quidem sic confidit in his que habet tanquam indicans se locupletem, diuitem, et nullius egentem. Videtur enim quedam superbia sicca magis quam superbie feruor: et propterea non inde aperte malus, sed tepidus effectus est.

Ad tertiam dicitur, quod tepor et ignorantia possunt subordinari: ita quod ambo possunt diuersimode causare peccatum: tepor immediate, ignorantia mediate. Sic autem est in proposito: ignorantia enim proprie miserie committit causat teporem, quo deinde peccatur. Nec ista si multas contrariatur diuersitati causarum peccandi, scilicet ex ignorantia vel infirmitate: quoniam illa diuersitas intelligitur secundum causas proximas: quoniam scilicet causa proxima est infirmitas non ignorantia, aut econtra. Secus autem est quam infirmitas circa unum actum subordinatur ignorantie alterius rei peccantis: ut patet esse in proposito.

Ientaculi octavi questio quinta. lxxxviii

C Ad quartā dī, q̄ huic tepido non imputat nesci-
entia domi charitatis in seipso: sed ignorantia p̄prie
miserie: que non solum est enitabilis, sed valde cul-
pabilis: vt patet ex dictis. **¶** Dec de quarto.

C **C**irca quātū apoc. vlt. (Qui nocet noceat
ad huc: et qui in sordibus est sordescat
ad huc, et qui iustus iustificetur ad huc, et
sanctus sanctificetur ad huc) difficultas ex triplici
capite occurrit. **¶** Primo de veritate: quia vtraq̄
pars, progressus. s. tam malorum q̄ bonorum, falsa
videtur, nā multi hodie mali cras boni, vt patet de
Paulo latrone, et cet. et similiter multi hodie boni
cras mali: vt patet de Nicolao, Salomone, et c.

¶ Secundo de decetia, quia hec verba sunt angeli
alloquentis Joannem, indecens autem videtur vt
angelus sanctus dicat, qui in sordibus est sordescat
ad huc, multo magis q̄ indecens fuerit iudiciū in-
ferre blasphemie in diabolū: qd̄ tñ nō ē ausus Mi-
chael archāgelus: vt Judas in epist. sua dicit.

¶ Tertio de concessione temporis, nam deus nemī
in dedit spatium male operandi (vt dicitur Eccles.
xv.) imo vt Esaias dicit, propterea expectat de mi-
nus vt misereatur vestri, quomodo ergo nunc an-
gelus tempus propinquum denuncias dicit, qui no-
cet noceat et qui sordet sordescat: tanq̄ concedens
malis tempus peiora faciendi.

Ad hoc Dicitur, q̄ literalis sensus horū ver-
borum ad prescitorum et predestina-
torum conditionem ac tempus vsque ad iudiciū
tendere videtur. Ad cuius euidentiam preno-
tandum est angelum more humano allocutum esse

Ientaculi octauī questio quinta.

Joannem in fine Apoc. mouendo eum ne claudat librum Apocalypsis, assignando pro ratione quia tempus prope est. Consueuimus siquidem quando in aliud tempus differenda est lectio libri, claudere librum, reseruando ipsum ad tempus oportunum: quando vero tunc imminet tempus utendi libro q̄ inuenitur apertus, dicimus ne claudas librum q̄ iam instat tempus utendi illo. Sic angelus Joanni scribenti Apocalypsis librum dicit, ne signaueris librum hunc, quia tempus instat exequendi ea que sunt scripta in illo. Et notanter ex parte instantis temporis ad vniuersale iudicium reddit rationem non sigillandi librum: duo namq; exequendorū genera in Apocalypsi reuelata sunt. Quedam adimplenda in tempore: et sunt que fient vsq; ad diem iudicij. Quedam adimplenda in eternitate, et hec sunt que fient post diem iudicij. Et quoniam illa q̄ fient in eternitate, distantia multum videntur, ideo angelus ex parte temporis et eorum que in tempore fiunt, reddit rationem non sigillandi librum: ut potest etiam sunt. Et hoc denotauit dicendo, tempus em̄ prope est. et dicit absolute tempus: quoniam tempus ad iudicium et tempus absolute equiualent: quoniam post iudicium nō erit vltra tempus, iuxta illud: iurauit per viuentem in secula seculorum q̄ tempus non erit vltra. Et ad declarandum q̄ prope tempus sit tempus iudicij, subiungit quasi epilogando totum quod interim agendum est. scilicet q̄ adimplenda sunt prelatorum demerita et predestinatorum merita: ut ex his paucis adimplendis perpendatur breuitas t̄pis ad iudicium: oia em̄ q̄cūq; vsq; ad diē iudi-

Ientaculi octauae questio quinta. Ixxxix.

et agenda iunt, in his duobus consiliter videntur.
¶ Significauit autem angelus hec duo p[ro]posita ver-
ba: scilicet qui nocet noceat adhuc &c. Quod vt fa-
cilis clarusq[ue] p[ro]cipiatur, nota in his verbis my-
steria septem.

¶ Primum est q[uo]d tam in hominibus bonis quam in ma-
lis presupponit initium, et apponit terminum p[ro] modum p[ro]-
gressus p[er]seuerantis. Pre-supponit quidem initium, dicen-
do qui nocet, qui in sordibus est, qui iustus est, qui
sanctus est, manifeste enim p[ro] modum p[re]suppositi hec di-
cuntur: illa de malis, ista de bonis. Apponitur ve-
ro terminum, dicendo noceat adhuc, sordescat adhuc,
iustificetur adhuc, sanctificetur adhuc. Et apponi-
tur per modum p[er]seuerantie, quia sola p[er]seuerantia et in
malis damnatur et in bonis coronatur, p[ro] modum q[ui]-
progressus, quia in vite termino et mali si possent ad-
derent ad malum et boni adderent ad bonum. Ex hac
igitur ordinatiōe literę intelligim[us] mysterium hoc q[uo]d
de p[re]scitis et p[re]destinatis est sermo: qui ex p[re]sup-
posita p[re]destinatione et p[re]scientia procedit, dum
in malis ex p[re]supposito primo quasi effectu repro-
batiōis scilicet prima p[re]sciti iniquitate, et in bonis pri-
mo p[re]destinationis effectu scilicet prima p[re]desti-
nati iustitia, ad p[ro]gressum termini ultimi in malo q[ui]-
ad p[re]scitos et in bono quo ad p[re]destinatos extendi-
tur sermo. Ita q[uo]d sensus est, q[uo]d p[re]scitus est nocens aut
in sordibus impleat m[er]suram iniquitatis sue, et qui p[re]-
destinatus est iustus aut sanctus adimpleat m[er]su-
ram iustitie sue.

¶ Secundum est, q[uo]d in ordine malorum solius iniquitatis et
in ordine bonorum solius bonitatis m[er]tio fit: vt clare
patet. Hinc enim p[ro] malos p[re]scitos et p[ro] bonos p[re]desti-

¶

Ientaculi octauī questio quinta.

natos intelligimus: quia *Exec. 32.* et tunc dicitur quod deus obliuiscit omnium iniquitatum quas fecerat qui uersus in bono perseverat usque in finem, et similiter omnium bonorum que fecerat auersus et perseverans in malo usque in finem.

Tertium quoque ad hoc idem mysterium est, quod licet in isto decursu temporis usque ad iudicium interueniat diuersitas bonorum et malorum secundum presentem gratiam vel nequitiam ut patet, nulla tamen de hac diuersitate hic mentio fit: quia huiusmodi diuersitas non remanebit iudicanda, sed sola diuersitas que est secundum humanitatem predestinatam et maliciam prescictam simpliciter.

Quartum est ex modo loquendi, dum non enunciando per uerbum indicatiuum (non enim dicitur sordescet, iustificabitur, sanctificabitur) sed per uerbum imperatiuum nocet, sordescat, iustificetur, sanctificetur, exprimitur huiusmodi progressus perseverans siue in bono siue in malo. Hinc enim ordo diuine prescientie ac reprobationis et similiter predestinationis insinuat, nam inter primum peccatum prescicti et posteriora hec est differentia, quod primum est tantummodo permissum, posteriora uero sunt et permissa et ordinata in penam prioris: iuxta illud ad *Rom. 1.* propter quod tradidit illos deus in reprobum sensum etc. Et propterea de posterioribus peccatis tanquam de speciali modo subiectis ordinationi diuine, imperando ordinem ac tolerantiam eorum dicitur sordescat et nocet. De bonis autem predestinatorum clarum est, quod non solum sub ordine sed etiam sub efficietia diuine predestinationis denotantur. Apparet quoque in uerbis etiam denotari per hoc mensuram eorundem, nam et

Ientaculi octauī questio quinta. xē.

diuina predestinatio distinguit. In quo multa predestinatioz p̄gredientē: et similiter diuina dispositio ordinauit vsq̄quo sustinebit in multa patientia seu tolerabit demerita p̄scitoz. Et hoc forte denotant hec v̄ba determinata illo aduerbio ad huc. Cū his q̄ om̄ibus retine, q̄ p̄ h̄mōi loquēdi modū, sordescat, noceat et c. h̄m̄ana libertas designat. vt solem⁹ dicere reliquētes aliquē i sua libertate faciat, dicat et c. Quintū est diuersitas ordinū tā in bonis q̄ i malis, nā ponunt̄ duo ordines maloz et duo ordines bonoz, ad denotandā disparitatē p̄scitoz iter se, alijs minus malis et alijs peioribus existētib⁹: et similiter ad denotandā diuersitatē p̄destinatioz, bonoz et melioz, mali siquē denotant̄ p̄ eos q̄ in sordibus sunt, peiores v̄o p̄ nocētes, boni q̄ notant̄ p̄ iustos, meliores vero p̄ sc̄tōs. Quēadmodū em̄ paratę sunt p̄ destinatis diuerse mansiones in domo patris celestis, ita et p̄scitis in inferno diuersa tormēta parata sunt p̄ diuersitate demeritorum.

Sextū ex ordine quo reuelata dicuntur sumi potest: ex hoc em̄ q̄ prius p̄sciti et demū p̄destinati positi sunt, intelligi potest ip̄e qui in rei veritate est ordo inter tolerantia p̄scitoz et p̄destinatos: nā tolerant̄ p̄sciti p̄pter p̄destinatos: iuxta illud, nolite nocere terre neq̄ arboribus quoad usq̄ signem⁹ seruos dei nostri in frontibus eorum, et rursus quum sancti martyres suspirarent ad diem iudicij pro corporum resurrectione, dictum est vt expectarent adhuc modicum tempus donec impleatur numerus fratrum suorum. Ita quod manifeste patet deum tolerare malos donec impleatur numerus electorum: immo et ipsos p̄scitos et etiam demones

Ientaculi octaui questio quinta

ordinat deus exercituum electorum, quibus omnia co-
operantur in bonum.

Septimum est primum horum verborum cum promissione aduentus celeris ad iudicium, dum cum nota copulationis et demonstrationis quasi presentis subiungitur in persona christi, et ecce venio cito: et merces mea mecum est reddere unicuique iuxta opera sua. Ex his enim manifestum videtur quod de prescitorum demeritis et predestinatorum meritis adimplendis et per christum iudicandis, est sermo in presenti littera.

Ad obiecta Ergo in oppositum ordinate respiciendo dicitur verba hec pertraque parte esse verissima, de prescitis et predestinatis intellecta, nam et prescitus quisque impleturus est tandem suas iniquitates, et predestinatus quisque tandem sua merita: quod per hec verba significatur. Unde non obstat varietas in terpollationum secundum presentem iustitiam vel iniquitatem: quoniam de termino presens est sermo.

Ad secundum vero dicitur, quod aliud est dicere impetitive, aliud est dicere ordinative, et quod licet dedecus appareat quod angelus imprecetur malum, non tamen dedecet illum dicere ordinationem mali: ut accidit in proposito ut patet ex dictis.

Ad tertium vero dicitur, quod licet verum sit deum nulli dare spatium peccandi formaliter intelligendo (hoc est quia nulli dat tempus ad hoc ut peccet) cum hoc tamen stat quod suaviter tegendo creaturas rationales relinquendo illas in manu consilii sui, permittat eas peccare, et in multa patientia sustineat post peccata nos perseverare in illis. Sic autem est in proposito: in quo et plus adhibetur divine bonitatis, per quantum etiam in peccatis bonum ordinis sui adhibet. Propter quod non solum

Ientaculi noni questio prima xci.

permissive sed ordinative processum est tempus peccandi, materialiter tamen intelligendo respectu peccati: concessit enim deus tempus non ut peccaretur sed quo que fiunt peccata ordinarentur et in bonum cederent electorum. Nec de quinto. Unde in die sancti Vincentij confessoris. M. D. xxiiij.

Incipit novum Ientaculum: in quo quattuor declarantur.

culum: in quo quattuor declarantur.



Currunt Mono quattuor declaranda,

Primum Mathei. xix. Erunt duo in carne una: itaqz iam non sunt duo sed una caro.

Secundum Mathei. xxi. et Luc. xx. Qui ceciderit super lapidem istum fringetur: super quem vero ceciderit conteret eum.

Tertium Luc. xiiij. Ite et dicite vulpi illi, ecce eicio demonia, et sanitates perficio etc.

Quartum i. ad Corin. vi. omnia mihi licent, sed non omnia expediunt etc.

Circa primum (scilicet erunt duo in carne una, itaqz iam non sunt duo sed una caro) difficultas occurrit ex duplici capite. Primo de qua carne est sermo, an scilicet de carne iunguntur inter se, an de carne iunguntur in sua prole.

Ma per primum sensum militat veritas: quia non est una numero caro iunguntur, sed quantumcumque iungantur semper remanent due: quoniam non continentur, sed solo tactu iunguntur.

ad iij

Ientaculi noni questio prima

Cōtra secundum vero militat requirita sufficiētia: q̄a licet verum sit q̄ coniuges sunt duo in vna carne prolis, hoc tamen nō sufficit ad verificādam dñi sententiam, nam ad verificādam rationem dñi inferentis, quod ergo dens cōiunxit homo nō separet, exigitur illius carnis vnitas ex qua sufficiēter inferatur inseparabilitas cōiugum. **C**ōstat autē qd̄ ex vnitate carnis prolis nō sufficienter inferatur inseparabilitas coniugum: quoniam coniuges nō habent hāc vnitatem antequā vxor sit grauida, vt patet, ac p̄ hoc separabiles essent cōiuges steriles, ⁊ etiā antequam vxor sit grauida: quia nō sunt adhuc duo in carne vna prolis.

Scōdo de quali vnitate est sermo: an de vnitate cōiugali an de vnitate carnali. Nam si de carnali intelligitur, sequeretur q̄ etiam fornicātes essent inseparabiles: q̄a effecti sunt caro vna carnaliter. Si autē de cōiugali est sermo, obstat apostolus prime ad Cor. vi. vbi ex allegato testimonio genesis, erūt inq̄t duo in carne vna, dicit, q̄ adheret meretrici vnum corpus efficitur.

Ad hoc Dicitur, q̄ sermo est de carne ip̄sō coniugum ⁊ de vnitate nūmerali carnalis ḡnationis principiū p̄fecti ac iusti. Ita q̄ sensus est, q̄ erunt duo in carne vna: hoc est in vno carnalis generatiōis p̄fecto iustoq̄ principio. Et quidē quod interueniat hic vnum carnale ḡnationis principiū p̄fectū, clare patet, nā licet mulieris ⁊ viri sint due carnes, ⁊ singule sint duo p̄tialia principia generatiōis, ambe tamen p̄currūt ad integrandū, vnum numero p̄pletum generatiōis principiū. Quod vero hoc vnum carnale p̄fectum principium sit etiā

Ientaculi noni questio prima xch.

Iustum in coniunctione coniugum, ex eo patet: quod inter coniuges et fornicarios hec est differentia, quod in fornicarie se commiscantibus inuenitur hoc tantum scilicet quod integrat unum completum generationis principium, sed non inuenitur alia conditio, scilicet iustitia, hoc est quod illud principium sit non solum completum sed iustum, in coniugibus autem coniunctio fit ad integrandum non solum unum perfectum, sed etiam iustum generationis principium. Unde et in genesi ubi primo ponuntur hec verba, premititur adherere uxori sue, et subiungitur erunt duo in carne una, per nominata uxorem significans quod de iusta unitate loquebatur dicendo erunt duo in carne una. Et dominus tam Matthei, xix. quam Marci, x. intulit in neutro genere, quod ergo deus coniunxit homo non separet: et non in masculino genere, quos deus coniunxit, per illud enim denotauit unum iustum generationis principium quod deus coniunxit in coniugio. Propter quod signate ponit deus author coniunctionis istius, coniunctio siquidem viri et mulieris quatenus iusta, a deo est singulariter, tanquam ab institutore ipsi. Et quidem in plantis perfectum generationis principium unum natura coniunxit, faciens in una planta virtute utriusque sexus, in animalibus vero unum generationis completum principium a appetitu animalis coniunxit, trabens ad commixtionem maris et femine. In hominibus quoque unum generationis principium perfectum appetitus carnalis facit ut patet in fornicariis, adulteris, et incestuosis commixtionibus. Sed quod completum generationis principium unum sic etiam iustum fecit deus, instituendo in humano genere coniugium. Et propterea infertur, quod ergo deus coniunxit homo non separet.

Ad iii

Ientaculi noni questio secunda.

Et per hoc patet responsio ad vtrunq; ambiguitatis caput, et solutio oim obiecto-
rū nisi obieciōis allate ex aplo. Ad quā dicit, qd a-
postol' ibi vsus est illa auctoritate quātū ad id qd
est materiale in vnitāte coniugij: hoc est quantū ad
ipsam corporū cōmixtionē, qua fit vnū perfectum
generationis carnalis principiū, hoc enim suffice-
bat suo proposito, et nō quantū ad totū quod in il-
lis verbis Genesis comprehenditur. Vnde nō ob-
stat integritati totius sensus. Nec de primo:

Circa Secundū (omnis q ceciderit super
lapidē istū cōfringetur: super quē
vero ceciderit conteret eū) difficultas occur-
rit ambuiusmodi diuersitas significet diuersam gra-
uitatē peccatoꝝ, an diuersam grauitatē penaz: hoc
est iuxta primū sensum denotetur diuersa grauitas
peccati infidelitatis ex vna parte et alioꝝ peccatoꝝ
ex alia parte: vt p cadentes sup lapidē denotentur
alij peccatoꝝ: per eos vero sup quos cadit lapis
denotentur infideles. Et contra hunc sensum mili-
tant duo. Primū est: quia agricole contra quos di-
recte hec vba dñr, nō peccabāt in fide, immo dix-
erunt hic est heres. Secundo: qd i. He. ij. inter cadē-
tes sup lapidē ppatāt infideles: dū ibi dicit de ebi-
sto, et lapis offensiōis et petra scandali his qui of-
fendunt verbo nec credunt.

Iuxta secundum vero sensum denotetur diffe-
rentia inter penas presentis vite et future, ita quod
contractio cadentium super petram denotet pe-
nam presentis vite: contritio vero seu comminatio
eorū sup quos cadit lapis denotet penas eternas.

Ientaculi noui questio secunda xciiij.

Et hic sensus extra propositum apparet: pro quāto de pena agricolarum presentis temporis loquidetur, dicens: auferetur a vobis regnum, et dabitur genti, et cetera.

Ad hoc Dicitur, quod verba ista utpote metaphorica assumpta a domino, per magna parte ex octa, capi. Esai. multipliciter exponi possunt: videtur tamen mihi ad literam tendere hanc metaphoram ad diuersam gravitatem penarum. Ita quod metaphora consistit in similitudine patientium diuersimode a lapide: dupliciter enim contingit pati nos a lapide, vel impingendo seu ruendo cadamus super lapidem: ut contingit tam ambulatibus cadentibus super lapidem, quam ruentibus ex aliquo loco cadendo super aliquem lapidem. Vel quod lapis cadat super nos: ut contingit quum proicitur vel demittitur super nos lapis. Utroque enim modo quum patiamur a lapide, minus patitur cadens super lapidem, et hoc designatur per confectionem: dum dicitur: qui ceciderit super lapidem istum confringetur magis autem patitur super quem cadit lapis, et hoc designatur per comminutionem, dum dicitur. super quem vero ceciderit comminuet eum, magis enim patitur qui comminuitur quam qui frangitur.

¶ Vult ergo dominus docere, quod licet peccando in ipsum Christum qui significatur per lapidem, incuratur pena, maior tamen pena incurritur ab his super quos Christus ipse iratus est. Et reuera nulla est maior pena quam sit Christi ira tam in hac vita quam in futura, quum enim deus iratus est ita quod in furore suo punit, indurat eorum subtrahendo gratiam, punit etiam et temporaliter et eterne etiam pena sen

Ientaculi noni questio secunda.

sus, vt patet in Herode & Iuda. &c. Et hoc dicitur
cte videtur ad propositū saluatoris, q̄ contra scri-
bas & phariseos intendebat declarare eis acerbita-
tem pene quā ipse erat eis illaturus, & in hac vita pu-
niendo eos p̄ Romanos tā acerbē, & in inferno.

Nec obstat q̄ de ereptiōe regni fiat sermo: qm̄ du-
pliciter puniendi erant agricole. s. tollēdo ab eis vi-
neam & alijs locando. Quod spectat ad translatio-
nem regni a Iudeis in Gentēs, & malos male per-
dendo, quod spectat ad punitionē Iudeorū perci-
dium a Romanis in p̄nti vita, & ad damnationes
eternā in futuro. Et hec videntur vera ad Iram q̄tū
ad illos. Et extendendo at̄ sententiam hanc ad oēs
quia dñs extendit eam ad omnes, referente euāgeli-
sta q̄ vniuersaliter dixit om̄is qui ceciderit sup̄ la-
pidem, &c. significari potest eadem sententia. s. q̄ of-
fendentes Christum non erunt impunes, veruntā-
men nisi sint tales super quos cadat furor Christi,
vt lapis comminuens, erit plaga eorū curabilis: nā
illi super quos Christus cadit indurans eos, incur-
rabiles sunt, vt pote comminuti. Nec de secundo.

Circa Tertium scilicet verba domini de
Herode tetrarcha, scilicet: Hec et
dicite vulpi illi: ecce eijcio demonia, & sanita-
tes perficio hodie & cras, & tertia die consumo: ve-
rūtamen oportet me hodie & cras & sequenti die am-
bulare: quia non capit propheta perire extra Hieru-
salem, questiuuncule occurrunt tres.

Prima quorsum tendant hec de Herode verba
quum in euangelio non legatur q̄ ipse insidiatus fu-
erit Christo domino, sed potius q̄ desiderabat eū

Ientaculi noni questio tertia. xciij.

Videre, q̄ gaudius est ipso viso, q̄ interrogavit eum in multis sermonibus, q̄ sperabat aliquod signū videre fieri ab eo, q̄ nihil morte dignum in caula ipsius iudicaret.

¶ Secunda, quid sibi vult replicata hec distinctio per tria tempora, hodie, cras, et tertia die.

¶ Tertia, quid scatur per illa verba, quia nō capit prophetam perire extra Hierusalem: quā latina constructio nullam videatur habere significationem: nunquid deerant vocabula Luce evangeliste ad significandum q̄ oportebat Christum mori in Hierusalem?

Ad hec Breuiter dicitur, q̄ Herodes ideo vulpes appellatus est a domino q̄ dolose incedere videbatur. Et vere intentionē occidendi Christum videtur habuisse: quāuis postea videns illum despexit et non curauerit occidere illum, utpote non estimans ipsum sicut est, manerat Joannem baptistam. Nam si tātū fecisset illum sicut Joannem, eandē habuisset de eo sententiā, quā habuit de Joanne p̄pter eandē causam, s. cōcursum populorū ad predicationē eius. ¶ Apparet at̄ do-
lositas Herodis ex euangelio tripliciter in simulatis signis. Primo q̄a ex vna parte volebat occidere Joannē, ex altera pte cōtristatū se monstrauit quū puella petiit in disco caput Joannis bapt. similiter ex vna pte libenter Joannē audiebat, ex alia pte no-
lebat q̄ p̄dicaret populo, sed i carcerauit ipm, simili q̄ mō ex vna pte deuixit ipm i carcere et occidit p̄pter Herodiadē, ex altera pte explebat intētū suū de occidendo Joannē p̄pter cōcursum populorū ut Joseph⁹ testat. Vñ dñs audies q̄ Herodes volebat

Ientaculi noni questio tertia.

ipsum interficere et vidēs intima cordis Herodis, merito appellauit ipsum vulpem, vtpote occulte in mente sua insidiantem vite ipsius domini, quod ex subiunctis verbis que referenda dixit Herodi, colligi facile potest.

¶ Unde ad secundam questiunculam dicitur, quod dominus et perfectionem operum suorum primo, et modum perficiendi opera sua secundo non obstante quacunq; Herodis dolositate in hac iterata temporū distinctione declarauit. Nam primo tria vniuersalia opera se perfecturum declarauit. scilicet eiectionem demoniorum, et in hoc clauditur expulsio malorum perfectionem sanitatum, et sub hoc clauditur collatio bonorum et sacrificium mortis sue, in quo est mysterium eterne vite, &c. Deinde modum quo predicta perfecturus erat, scilicet ambulando aperuit, quia ad literam discurrebat Christus eiciens demonia, conferendo sanitates, &c. vtrunq; autem distinguit per tres dies, ad significandum totum tempus ordinatum ad hec perficienda et ad modum perficiendi adimplendum. trinarium enim perfectionem significat, et rursum principium, medium et finis perfectionem significant, hodie autem principium, cras medium, et tertia dies finis est. Et ipsa quidem opera absolute sibi dominus attribuit dicens, ecce eicio demonia, et cet. modum vero perficiendi cum nota necessitatis significauit, dicens, oportet me ambulare, vt et suam voluntatem et necessitatem implendi diuinam preordinationem significaret, diffinierat siquidem deus vt dominus Iesus discurreret predicando tanto tempore et in Hierusalē occideretur non ab Herode sed a Pilato.

Ientaculi noni questio quarta. xcv.

Ad tertiam questiuunculam dicitur, q̄ cōstructio
literals inuenitur si li Hierusalē sit nominatini ca
sus: ⁊ ordinanda sic est litera, quia Hierusalem non
capit prophetam perire extra, hoc est, quia Hieru
salem non recipit, non est capax huius gratie, s. pro
phetam perire extra. Tanquam diceret, q̄ Hieru
salem tantam operam dat occisioni prophetarum,
q̄ non recipit uitationem huius mali quod est oc
cidere prophetas, unde ⁊ statim dominus subiūgit
Hierusalem Hierusalē que occidis p̄phetas. ⁊c.
assignans pro causa quare in tantum malum deue
nerit suam obstinationem, ⁊c. vt patet in textu.

Hec de tertio.

Circa Quartū, s. omnia mihi licent, sed
non omnia expediunt; omnia mi
hi licent, sed ego sub nullius redigar potesta
te, ⁊c. Ambiguitas duplex occurrit. Primo circa
primam partem: qm̄ contraria implicare videtur, s.
licita coram deo, ⁊ non expedientia propter offensi
onem hominum qui inde impediuntur a bono.

Nam si non expediunt ad bonum iam non sunt li
cita: ⁊ si sunt licita, non impediunt a bono.

Deinde circa secundam partem: quia aut est ser
mode redactione totali sub alterius potestate, aut
de subiiectione quo ad aliquem actum pro tūc. Si
primo modo, sermo non videtur ad propositū: p̄m̄
de est enim ac si dixisset, sed ego sub nullius ero p̄
petna potestate; quod ad nullum videtur propo
situm apostoli in illo loco. Si secundo modo, sap
ba videtur ⁊ stulta ⁊ impossibilis sententia: quum
impossibile videatur hominibus conuersantib. hec
entare. Nam sicut qui litigat, subiicitur pro tunc

Ientaculi noni questio quarta.

quo ad litem suo iudicis potestate, lic qui nauigat, subijcitur p tunc quo ad nauigationem sub nante potestate, 7 q vestē, conficiendā tradit artifice, subijcitur pro tunc quo ad actum illum artificis p̄ati.

Quomō ergo verificabitur bec apostoli sententia? **Ad hoc** Dicitur, q̄ in his sententijs apostolus prudentiā docere intendit circa opa licita ex suo genere: hoc est nulla lege sibi prohibita. Et ex duplici capite docet abstinendum quando q̄ fore a licitis: primo ex parte finis: secundo ex parte operantis. Et si adiunxerimus quod ipse postmodum ca. x. docet: tertio abstinendū ē ex parte circumstantium. Et ex parte quidem finis dicit, omnia mihi licent sed nō omnia expediunt. ex parte vero operantis dicit, omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate: ex parte vero circumstantium dicit: omnia mihi licent, sed non omnia edificant.

¶ Ex fine siquidem ratio pendet eorum que ordinantur ad finem: ac per hoc ex fine discernuntur que impediunt 7 que expediunt ad finem: atq̄ inde volentes finem consequi, eligēda decernimus q̄ expediunt (hoc est que impedimenta tollunt, q̄ utilia sunt ad talem finem) 7 refutamur tam impediētia q̄ inutilia, utpote vana. Verbi gratia: licebat apostolo viuere de euāgelio: sed q̄a alicubi nō erat hoc utile ad finem intentum. s. fructum spiritualē predicationis, abstinuit ab hoc licito.

¶ Ex parte vero operantis pensanda sunt valde q̄ sunt: quoniam multa decent vnū que dedecent alter. Specialiter autē libertas seruanda est: ut. s. homo non se obliget alicui vnde postea detineatur ut nō possit aut quasi non possit libere exercere officia

3
Tentaculi noni questio quarta. xcvi

um suum, aut quod decet ipm facere vel omittere.
Verbi gratia: licet vxorem accipere: sed quia per
coniugium sub alterius potestate vterq; coniū res-
digitur, est quandoq; abstinendū a nuptijs: quādo
scilicet homo detinetur vt non possit studio aut ar-
duo alicui negotio vacare.

¶ Ex parte vero circumspectantiū constat opera-
tionem moderandam vel omitterendam quandoq;
esse: nam quamuis opus sit licitum, si tamen inde
offenduntur nō maligni sed infirmi sed vusilli, ab-
stinendum est ab illo opere, vt non scandalizentur,
vt non ruat inde in peccatum aliquod. Verbi gra-
tia: licet vesci quocunq; cibo, quia omnis creatu-
ra dei bona est: si tamen quandoque contingat ali-
quos ex qualitate aut hora cibi scandalizari, absti-
nendum est.

¶ Diligenter autem in omnibus licitis que quan-
doq; omitterenda sunt, distinguendum est: quia du-
pliciter contingit omitterenda esse que sunt licita.

Primo quia in tali casu effecta sunt illicita ratione
scandali annexi tunc, vel rōne nocuenti quod tūc
emergeret, vel ratione ociositatis tunc occurrentis
(hoc est q; vane fieret si fieret) et sic de similibus. Et
in huiusmodi casib; sermo apostoli intelligēd; est
de licito secundum se, ita q; sensus est: omnia nō p-
bibita, mihi licent secundum se sola considerata: cū
hoc enim stat q; ex adiuncto aliquo singulari acci-
dente fiant illicita, vel ex parte finis, vel ex parte p-
sone, vel ex parte spectantium.

¶ Secūdo qā meli; est in tali casu omittere illa, ita
q; sermo apostoli sit de licitis non solum sū se, ve-
rū etiā in casu illo occurrente. Et licet vtroque mō

172 Sententia noni questio quarta.

possunt verba apostoli gloriari si spectetur ad primam cuiuslibet sententiae partem (scilicet omnia mihi licent) iter repetitam, si tamen ad subsequentem cuiusque partem spectetur, secundum sensum solum quilibet sententia sonat: dum solius melioris negatio praepositur in singulis ad licitum. In prima siquidem ait: omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: ubi negatur melius expeditionis bonum. Et non dixit, sed aliqua impediunt: ubi affirmaretur malum impediendi. In secunda quoque ait: omnia mihi licent sed ego sub nullius redigar potestate, ubi negatur melius libertatis bonum. Et non dixit, sed ego sub nullo redigar peccato, ubi mala peccati servitus opponeretur. In tertia demum ait: omnia mihi licent, sed non omnia edificant: ubi melius edificationis spiritualis bonum negatur. Et non dixit, sed quidam destruunt seu scandalizant, ubi malum scandalii opponeretur. Et propterea sententiae istae de licitis quae ex consilio omittenda quaeque sunt, intelliguntur iuxta planum literae sensum.

Ad obiecta Autem in oppositum respondendo, dicitur falsum esse quod omnia non expediunt sunt illicita. Immo falsum etiam est omnia impediunt esse illicita: multa enim sunt quae impediunt a meliori bono fine quae tamen sunt licita: ut patet de coniugio, impediente contemplari libere quae domini sunt, et tamen est licitum, et sic de alijs. Ad aliam obiectionem dicitur, quod non refert intelligere hanc sententiam de perpetua vel temporali subiectione: quoniam sermo apostoli non tendit ad evitandam omnem subiectionem, ut obiectio interpretatur, sed ad evitandam subiectionem siue sine

Ientaculi noni questio quarta. xcvij

placiter sine pro tunc, que detineret ipsum a melio-
ri opere. **N**ā si prudētia huius mundi renuit quā-
doq; petere vel suscipere aliquod beneficiū ab ali-
quo, ne inde quasi alligat⁹ sit ad aliquid ꝓmittēdū
vel omittēdū qđ ipse intēdit cōmittere vel omitte-
re, multo magis prudētia Jesu Christi docet homi-
nem abstinere quādoq; ab aliquo licito, vt liber to-
taliter sit ad ea que religionis aut sancti officij sunt
Experientia siquidem testari videtur multa melio-
ra bona omitti a religiosis propterea quia non vsi
sunt hoc Pauli consilio (omnia mihi licent, sed ego
sub nullius redigar potestate) sed alligauerunt

seipso particularibus beneficijs seu ꝓ-
sonis, et inde detinentur et abstra-
huntur a melioribus bonis

Hec de quarto. Bus

de die nona Apri-

lis. M. D.

xxiij.

¶

Ientaculi decimi questio prima

Incipit decimum Ientaculi

culum in quo quattuor tractantur.



Currunt Decimo tractanda quattuor apud Joā nem euāgelistam.

Primum Joā. v. si ego testimoniū perhibeo de meipso, testimoniū meum non est verum.

Secundū quoq; Joā. v. Quō vos potestis credere, q̄ gloriā ab invicē accipitis, ⁊ gloriā que a solo deo est non queritis?

Tertiū Joā. viij. In domo patris mei māsiōnes multe sunt: siq̄ minus, dixissem vobis, q̄a vado parare vobis locum.

Quartū est Joā. xvij. Et nunc clarifica tu me pater apud te ipsum claritate quā habui priusquā mundus fieret apud te.

Circa Primum (scilicet, si ego testimoniū perhibeo de meipso, testimoniū meum non est verū) dubiū occurrit ex duplici capite. Primo quia conditiōalis ista falsa videtur, si ne antecedēs demonstrat Christū inquantum homo siue inquantum deus. Nā Christus nō solū secundū diuinā naturā erat impeccabilis, sed etiā secundū hūanitatē assumptā: ac p̄ hoc secundū quancūq; naturā perhibeat testimoniū de seipso nō potest mēiri: ⁊ sequenter testimoniū eius erit vez cuius oppositū p̄ditionalis ista significat.

Et auget dubitatio ex eo q̄ ip̄emet dñs Joā. viij. quū dixisset ego sum lux mundi, ⁊ Iudei opponerēt

3
Ientaculi decimi questio prima. xcviij.

ei, tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum, respondit Iesus et dixit eis, et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum ubi clare apparet dominum asserere contrariam conditionalem.

Ad hoc Dicitur, quod simpliciter et absolute loquendo conditionalis secunda quam protulit dominus Iohannes viij, est vera et asserenda: illa autem que ex Iohanne v, allata est, non est extendenda, sed exponenda iuxta contextum ad precedentia. Duo siquidem ante illa verba dominus dixerat, ex quibus sensus intentus per hanc conditionalem accipi potest. Primum est, non possum ego a meipso facere quicquam. Ex quo sumitur quod in antecedente huius conditionalis subintelligitur licet a meipso: ita quod conditionalis est ista, si ego a meipso perhibeo testimonium de meipso, testimonium meum non est verum. Et sic conditionalis verificatur: quia si a seipso non potest facere quicquam non potest quoque a seipso perhibere testimonium verum de seipso, et si a seipso testimonium perhiberet de seipso, testimonium eius non esset verum: utpote contrarium origini veritatis: quoniam ipse non est ex seipso. Et est ista conditionalis de genere illarum quarum tam antecedens quam consequens est impossibile: ut si leo volat, leo habet alas: et si miles. Simili quoque modo verificatur dicta conditionalis si exponatur iuxta secundum quod premisserat dominus ibidem: scilicet quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

Hinc enim subintelligitur in antecedente dicte conditionalis licet querens voluntatem aliam quam eius qui misit me. Ita quod conditionalis est ista, si ego quero voluntatem aliam quam eius qui misit me, testimonium

I entaculi decimi questio prima.

phibeo de meipso, testimonium meum non est verum: quia querendo aliam voluntatem quam patris contrariaretur veritati: et sic testimonium suum non esset verum. Sed sic etiam conditionalis est vera: et tam antecedens quam consequens est impossibile.

¶ Illa autem conditionalis que dicitur Joā. viij. gloria non eget: quoniam ut sonat vera est, et dupliciter ibi a domino probatur. Primo quo ad veritatem in se, scilicet quod testimonium eius verum est secundum rem dicendo quia scio unde venio et quo vado: hoc est quia et certa scientia totius progressus mei loquor, scio enim unde veni, a principio, a patre, ab eternitate etc. et quo vado, ad patrem, ad celum etc. Quia enim quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur, ex certitudine sue scientie probat dominus testimonium suum esse verum. Secundo, quantum ad sufficientiam legitimum, quia in lege vestra scriptum est quod duorum hominum testimonium verum est: ac per hoc multo magis verum est testimonium eterni filii et patris, ego sum qui testimonium phibeo de meipso, et testimonium phibet de me qui misit me pater.

¶ Potest quoque accipi et tertia probatio quo ad veritatem presumptionis ex subiunctis verbis domini in eodem ca. ego gloriam meam non quero, sed honorifico patrem meum etc. Presumi siquidem potest testimonium de seipso falsum propterea quia homo querit proprium bonum seu propriam gloriam: sed ubi homo bona dicit de se ut Christus predicabat se deum, et propriam non querit gloriam, non est locus presumptioni aut suspitioni quod testimonium eius non sit verum. Et propterea omnia colligendo, amplectimur simpliciter et absolute veram esse hanc conditionalem, scilicet si ego testimonium phibeo de meipso

Ientaculi decimi questio secūda xcix.

verum est testimonium meum, est siquidem verum
re et lege et presumptioe. Ne quidem quia sic esse scio: le
ge autem, quia duo testes, presumptioe vero, quia non pro
pria sed patris gloriam quero.

Et per hoc patet solutio obiectorum.

Circa secundam quomodo potestis credere, qui
gloriam ab inuicem accipitis, et gloriam quae
a solo deo est non queritis? dubitatio occur
rit ex duplici capite. Primo circa primam partem, quomodo
potestis credere qui a inuicem gloriam accipitis, nam
aut est sermo de fide informi. Et sic experientia te
stat in multis christianis qui credunt, et tamen ab inui
cem gloriam accipiunt ponendo vltimum finem in gloria.
Si vero est sermo de fide formata charitate, appa
ret sermo domini per accidens: nam omne peccatum mortale tol
lit charitatem, et gloria non directe opponitur charita
ti, sed odium. Unde qua ratione obiectum est peccatum va
ne glorie ad impediendum fidem formatam, pari ratioe
quodlibet aliud peccatum obijci potuit, et maiori ratio
ne obijci potuit peccatum aliquod directum oppositum cha
ritati: ut inuidia, odium, discordia.

Circa secundam deinde partem (scilicet et gloriam quae
a solo deo est non queritis) duplex difficultas occur
rit. Prima: quia nulla videtur gloria quae a solo deo sit:
quum etiam gloria filiorum dei sit a deo solo, sed a deo et
alijs: iuxta beate virginis verbum, beatam me dicent omnes
generationes, et in psal. sancti dicunt de seipsis. tunc dicent
inter gentes, magnificauit dominus facere cum eis. Secunda
difficultas est: quia querere gloriam quae solo deo est, non spe
ctat ad amorem dei, sed ad amorem proprium: non enim hoc
spectat ad amorem amicitie, sed ad amorem concupiscentie,
quae homo concupiscit sibi bonum glorie. Et propterea etiam

¶ ij

Ientaculi decimi questio secunda.

si homo quereret gloriam que a solo deo est, quam p hoc pium boni querat, nō euaderet difficultatē seu admirationē de fide formata charitate, q̄ est amor amicitie ad deum. Undiq; ergo obscura appa-
rent hec dñi verba.

Ad hoc Dicit, posse duplicē sensum habere il-
la vba, q̄ abinuicem gloriā accipitis.
¶ Primus est, q̄ accipitis humanā gloriā vt finē
ex intentione prestitutū. Et iuxta hunc sensum duo
maxima impedimenta fidei apponuntur. Alterum
positiuū scilicet inanis gloria. Alterū priuatiuū sci-
licet nō querere gloriā celestem. Et inanis quidē
gloria fidei impedimentū prestat, ⁊ ex parte principi-
pij: quoniā oportet credentē intellectū captiuare in
obsequium Christi: q̄ autē humanā gloriā querit
nō se subijcit sed exaltare studet vt habeat vñ glo-
rificetur. Et ex parte termini, fides em̄ est speranda
rū substantia rerū: q̄ autē mercedem suam constituit
in gloria humana, ad illius fastigium tendit, non ad
speranda que p fidē promittuntur.

¶ Nō q̄rere autē gloriā celestis patrie, maximū fidei
impedimentū est: q̄a tollit motiuū ad credendū.
Venisse siquidē ad fidem homines propter amorē
celestis glorie quam audierunt promissam credētibus,
nō opus est probare: ⁊ similiter pseuerare ho-
mines in fide ob similem amorē cōstat. Et potest
iuxta hunc sensum intelligi dominica hec sententia
de fide tam formata quam informi. Et si de forma-
ta fide intelligitur, sensus est, quō vos potestis cre-
dere: quasi diceret, nullo modo potestis vos crede-
re fide vna qui finē vestrū habetis in gloria huma-
na, ⁊ celestē nō q̄ritis. Si vero de fide informi intel

Tentaculi decimi questio secūda c.

ligitur, sensus est, quomodo potestis credere, quasi diceretis difficile aut male potestis vos credere, q̄ humana gloriā habetis pro fine &c. **S**cd̄s aut̄ sensus est, q̄ abinuicē gloriā accipitis, hoc est q̄ delectamini in gloria hūana. **E**t iuxta hūc sensum p̄ncipale impedimētū fidei ponit̄ priuatiuū: hoc est nō q̄rere gloriā celestē, ita q̄ p̄ncipalis vis impedimēti cōsistit in hoc q̄ nō querit̄ celestis gl̄ia. **E**t delectari in hūana gloria, vt secundariū impedimētū appositū hic ē, & ad maiorē p̄futationē eorū, nā ex hoc q̄ delectamur de gloria hūana, resp̄sibiles magis sumus q̄ nō querimus gloriā celestē. Si enī ab appetitu glorie alieni essemus, quasi excusabiles essemus a fidei impedimēto, scilicet q̄ nō q̄rimus gloriā q̄ a solo deo est: vt pote q̄ de nulla gloria curā haberem⁹ sed vbi nos appetitores sumus glorie, & ea gloria q̄ scdm̄ qd̄ est gloria (qualis est hūana) delectat nos, cōfutamur si eam q̄ vera & simpliciter gloria est nō q̄rimus, quia fides habet̄ & seruat̄. **E**rit ergo sensus quō vos potestis credere, q̄ delectamini gloria humana, & gloriā q̄ a solo deo est nō q̄ritis. **E**t pōt̄ exponi tā de fide viuā q̄ mortua, vt sup̄ius expositū ē: hoc est nullo modo, q̄tū ad fidē viuā, & difficile vel male, q̄tū ad fidē mortuā. **M**ā aut̄ cū difficultate aut debilit̄ fides ab his haberi videt̄ p̄ter sup̄radictas rōnes: **M**in⁹ tñ difficile & s̄l̄r̄ min⁹ male ab his fides informis haberi potest q̄ a p̄us dictis q̄ ex int̄t̄iōe gloriā hūanā p̄stituerūt sibi finē, nā q̄ ex hmōi int̄t̄iōe ad gloriā hūanā anhelāt, aut nō credūt aut vix credūt: q̄ vero ex passiōe ad gloriā hūanā trahunt̄ debilitāt̄ infide eoīpo q̄ seip̄os extollūt, qm̄ fides in subiugatiōe sui p̄suis p̄sistit.

¶ iiiij

Ientaculi decimi questio secunda.

Quod ad intuendum autem qualiter sermo domini est per se et non per accidens, distinguendum est de fide secundum se vel secundum suum motum, et similiter de oppositis fidei vel secundum se vel ratione sui motui. Nam licet fides secundum se sit in intellectu, quia tamen est in intellectu moto a voluntate, motum ad fidem ex parte voluntatis se tenet. Et quia ut dicitur viij. Et tibi amabile quidem bonum, vnicuique autem proprium: voluntas affecta ad proprium bonum non quodcumque sed celestis glorie, est motum hominis ad fidem. Et huic motui clare patet opponi priuatiue seu negatiue, non querere celestem gloriam: contrarie autem querere inanem gloriam. Et propterea dominus fidem ex parte motui considerans, ambo opposita iniecit, contrarium quidem dicens, qui ab inuicem gloriam accipitis, priuatiuum vero dicens, et gloriam que a solo deo est non queritis.

Vnde ad Obiecta respondendo dicitur, quod (ut patet ex supradictis) presens sententia de fide utroque modo scilicet tam informi quam formata, potest intelligi.

Et quum obicitur contra fidem informem, quoniam multi cum inani gloria habent fidem informem, iam ex dictis patet solutio: quod si tales ex intentione habent inanem gloriam pro fine, vix habent fidem informem: si vero ex passione trahuntur ad inanem gloriam sicut ex passione peccant homines in alijs virtutibus, male habent fidem, pro quanto debilitantur in habendo fidem: ut declaratum est.

Ad id vero quod deinde obicitur contra fidem formatam, quod obiceret impedimentum per accidens, iam patet solutio: quod scilicet est impedimentum per se ex parte motui

3
Tentaculi decimi questio secunda. cii.

ad fidem, et consequenter ad charitatem, per quam fides operatur.

Ad primum vero contra secundam partem obiectum dicitur trifariam inueniri gloriam. Aliqua namque est gloria que est ab hominibus solis, hoc est, non a deo: ut quum laudatur peccator in desiderij anime sue, et iniqus benedicatur ab hominibus.

Quedam vero est gloria que est et ab hominibus et a deo: ut quum commendamur de actibus virtutum actus enim virtutum approbantur a deo, et laudantur ab hominibus. Quedam vero gloria est a solo deo. Et hec est gloria filiorum dei per adoptionem. Que gloria dicitur esse a solo deo tripliciter. Primo, quo ad radicem glorie, quia a solo deo est filialis adoptio que digna est gloria. Secundo quo ad notitiam in hac vita, quia solus deus nouit qui sunt eius.

Tertio substantialiter, quia gloria filiorum dei consistit substantialiter in hoc quod a deo homo commendatur, commendationem autem aliorum accidentaliter respicit, ista quod si a solo deo et a nulla creatura commendaretur, sufficit adoptionis filio. Et ex hoc capite videtur ad litteram exponenda ista domini sententia, dum contra gloriam que est ab hominibus, gloriam que a solo deo est opposuit.

Et ad hunc etiam sensum Paulus apostolus dixit, non enim qui seipsum commendat ille probatus est, sed qui est deus commendat, et non dixit, sed quem homines commendant. Ut doceret quod in sola commendatione dei consistit substantialiter gloria filiorum dei. Unde conceditur quod gloria filiorum dei est etiam ab alijs, sed accidentaliter, a solo autem deo substantialiter: sicut beatitudo sanctorum substantialiter consistit in fruitione dei,

Tentaculi decimi questio secunda.

accidentaliter autem in societate aliorum sanctorum.

Ad ultimum autem de amore concupiscentie dicitur, concedendo quod appetitus glorie que a solo deo est, ad amorem concupiscentie spectat, quo homo concupiscit sibi ipsi bonum huiusmodi glorie consistens in sola commendatione divina, et quod affectus iste licet non sufficiat ad charitatem que est amor amicitie ad deum, sufficit tamen ad hoc quod sit motuum ad fidem et charitatem. Nam quum gratia perficiat naturam, et nature ordo habeat ut amabilia que sunt ad alios veniant ex amicabilibus que sunt ad se ipsos (ut philosophus dicit in Ethicorum) consequens est ut huiusmodi glorie amor moveat et inducat ad fidem et charitatem: que ita facit hominem amicum dei, ut faciat etiam eundem concupiscere sibi ipsi hanc gloriam. Et quia dominus de motivo et conservativo fidei ex parte nostri loquebatur, ideo de huiusmodi amore tam sancte concupiscentie locutus est hic, qui paulo superius de amore amicitie erga deum eisdem dixerat scio quod non habetis dilectionem dei.

Hec de secundo.

Circa Tertium (i domo patris mei mansiones multe sunt: si quis minus dixisset vobis, quia vado parare vobis locum) questionum tres occurrunt. Prima est quid negatur per illa verba, si quis minus. Secunda est, quid est illud quod affirmat dominus conditionaliter tamen se fuisse dicturum discipulis in illis verbis, dixissem vobis. Tertia est, quomodo dominus vadit parare discipulis locum: quum ipse dixerit filiis Zebedaei

Ientaculi decimi questio tertia. c.ij

dei parata esse electis loca a suo patre, dicendo: sedere ad dextram v[el] sinistram meam non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo. Et rursus dicit se in iudicio dicturum: venite possidete regnum paratum vobis a constitutione mundi. Quomodo ergo vadit parare, si iam parata sunt.

Ad hoc Dicitur sequendo sensum qui mihi videtur literalis, q[uod] per illa verba siquo minus, negatur vnitas mansionis in domo celestis patris. Ita q[uod] sensus est: si non essent in domo patris mei multe mansiones, Quas multas esse affirmauerat ad declarandum discipulis q[uod] licet omnes habituri essent in domo patris sui, diuersas tamen sortituri essent habitationes in eadem communi domo pro diuersitate meritorum: vt hinc n[on] desperarent de eterna beatitudine minus perfecti. Si enim in domo celestis patris vnica tantum esset mansio (hoc est vnica esset gradus beatitudinis) oporteret in hac vita equalia esse omnium sperantium beatitudinem merita: alioquin non possent pertingere ad illam vnica[m] mansionem: ac per hoc imperfecti qui ad equalitatem perfectorum non ascendunt, non haberent locum in illa beatitudine v[el]pote quibus non deberetur illa vnica mansio, ille beatitudinis gradus. Et propterea d[omi]n[us] subiunxit, dixissem vobis, hoc. s. q[uod] in domo patris mei non est nisi vnica mansio: vt p[er] hoc studeretis fieri o[mn]es eq[ui]les in meritis. Magua siquidem c[on]solatio est Ch[ri]stianis data ex hac d[omi]n[us] sententia, in domo p[at]ris mei mansiones multe sunt: q[ua]n[do]q[ue]dem et imperfectis et p[er]fectis et magis p[er]fectis et breuiter o[mn]ibus diligentib[us] deum

Tentaculi decimi questio tertia.

quantūcumq; paz, certa data est spes sue mansio-
nis: ita vt quilibet secundum sua merita inuentus
rus sit mansionem propriam in vna communi do-
mo celestis p̄ris. Et ad corroborandā hanc spem,
consolandaq; diuersa discipulorum studia ac meri-
ta, non sufficit domino affirmare in domo patris
mei mansiones multe sunt, sed adiunxit, si quo mi-
nus (hoc est, si non esset sic: hoc est, si non essent mul-
te mā' ones, sed esset vna tantum mansio) dixissem
vobis hoc ipsum. Et dignatus est reddere ratio-
nem quare dixisset eis hoc, quia scilicet ex officio
mibi incumbit, quia officium meum instat exercen-
dum, scilicet, quia vado parare vobis locum. Ac
si aperte diceret. Ad me spectat significare vobis
multitudinem vel vnitatem mansionum in celesti
domo, quia vado parare vobis locum, et propterea
significauī vobis q̄ multe sunt: et si non essent mul-
te sed vna, significassem vobis. Et loquitur domi-
nus more humano, ad preparatorem siquidem lo-
corum spectat denunciare venturis dispositionem
mansionum suarum, et precipue secundum vnitatem
vel multitudinem, magna siquidem datur cōsola-
tio venturis quum predicatur eis q̄ quilibet habi-
turus est mansionem propriam in eadem commu-
ni domo. Et per hoc patet responsio ad duas pri-
mas questiuiculas.

Ad tertiam vero dicitur, q̄ licet preparatio ce-
lestium mansionum ab eterno fuerit secundum di-
uinam predestinationem (iuxta verbum domini, q̄
bus paratum est a patre meo) et regnum celorum
a principio mundi paratum sit etiam secundum ex-
ecutionem inchoatiue, pro quanto in sanctis ange-

Ientaculi decimi questio quarta. c. iij.

lis inchoavit regnum celorum commune eis ⁊ futuris hominibus electis: dominus tamen Iesus q̄dam speciali modo per mortem, resurrectionem et ascensionem suam iuit ad parandum nobis locum. Ex parte quidem nostri: quia iuit ad tollendum impedimenta tam nature q̄ personalia, ⁊ ad donandum nobis dona quibus preparamur ad celestes mansiones: nondum enim erat spiritus datus inquit Ioan. quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex parte autem paterne domus: quia aperuit ianuam felicitatis, ⁊ in possessionē posuit genus humanum ipsius celi supremi. Et sic diuersimode intelligendo ⁊ mansiones parate prius erant, ⁊ p̄ dominum Iesum preparande adhuc alio speciali modo restabant. Hec de tertio.

Circa Quartum scilicet ⁊ nunc clarificatu me pater apud te metipsum claritate quam habui antequam mundus fieret ap̄ te difficultas occurrit de re petita. Nam apparet implicationem fieri in hac petitione: quia petitur quod habetur. imo quod habitum est ab eterno: petitur enim clarificatio filij apud patrem, quam filius habuit apud patrem ab eterno. Hinc em̄ difficultas cōsurgit: q̄a petitio ē rei nō habite.

Rursus aut petitur clarificatio filij secundum humanam naturam aut secundum diuinam. Non secundum diuinam, quia stulta videtur huiusmodi petitio: nullus enim nisi stultus petit q̄ deus sit deus, aut q̄ deus sit omnipotēs, ⁊ similia. Nec s̄m humanā, quia falsum est q̄ ipsa claritatē habuerit apud patrem anteq̄ mundus fieret, hoc em̄ petit filio s̄m deitatem, vt patet.

Ientaculi decimi questio quarta.

Ad hoc Dicitur, q̄ sine dubio petit hic chri-
stus dominus clarificationem sui se-
cundum humanam naturam. Et ad literam pe-
tit clarificationem resurrectionis, ascensionis ⁊ ses-
sionis ad dexteram patris cum annexis vsq; ad die-
m iudicij exclusiue: vt ex appositis duabus condi-
tionibus colligitur. Prima est apud temetipsum
hoc est, da mihi gloriam apud te: hoc est, gloriam
consistentem in commendatione tua: talis enim est
gloria Christi vsque ad iudicium. Apud deum si-
quidem comendatur ⁊ glorificatur: apud homi-
nes vero partim blasphematur, partim parum es-
timatur: ⁊ si glorificatur fide, glorificatio ista in
commendatione diuina consistit. Altera conditio
est illud aduerbium nunc, denotans tempus pre-
sens, quod tunc, scilicet, a tempore mortis ipsius
inchoauit, quum cepit triumphare de inferno. Et
his enim intelligimus q̄ dominus petit se secundu-
m humanam naturam quantum ad tempus presens
glorificari apud patrem, hoc est, gloria consistente
in commendatione ipsius dei, hoc est, (vt vno ver-
bo dicatur) gloria spirituali, que in commendatio-
ne dei consistit: ad huiusmodi enim gloriam spe-
ctat qcquid habuit humana natura i Christo post
mortem, ⁊ gloria fidei quam apud fideles habet in
hac vita. A tempore vero iudicij erit tunc gloria
extensa ad totum vniuersum velint nolint inimici
eius.

Ad obiecta Autem in oppositum, dicitur
q̄ per claritatem habitam ab
eterno, duo possumus intelligere. Vel claritatem
humane nature assumepte a verbo. Et tunc est sen-

Ientaculi decimi questio quarta. c. iiii.

fus: clarifica tu me pater apud te metipsum, ponendo in executione claritatem quam habui per predestinationem antequam mundus fieret apud te: quia antequam mundus fieret, apud deum erat predestinata gloria humanitatis Christi. Et iuxta hunc sensum confutat dominus erroneam stulticiam illorum qui negligunt petere ea que predestinata sunt a deo, dicentes: si deus predestinavit sic fore, non oportet me orare, non oportet me sollicitari. Ecedo dominus Christus fatetur se scire predestinatam sibi gloriam: et cum hoc orat, ut predestinata gloria mandetur executioni: docens nos hac sua oratione ut etiam si sciremus nos predestinatos, oraremus et operaremur, ad hoc ut predestinata executioni mandarentur.

¶ Possimus quoque per habitam claritatem intelligere claritatem eternam ipsius filii dei. Et tunc est sensus. Clarifica tu me pater apud te metipsum quasi extendendo ad humanitatem claritatem meam divinam quam ab eterno habui. Et iuxta hunc sensum denotatur differentia inter glorificationem humanitatis Christi et glorificationem aliorum sanctorum penes hoc quod glorificatio ceterorum est ab extrinseco veniens, glorificatio autem humanitatis Christi est, velut ab intrinseco derivata: quoniam derivatur a propria gloria sue persone. Unde Joan. i. de verbo incarnato dicitur: vidimus gloriam eius quasi unigeniti a patre: quia gloria ipsius quam apparuit, ex intrinseca gloria unigeniti a patre emanavit. Petit ergo dominus ut executioni mandetur hoc, scilicet quod ex gloria sua eterna derivet gloria in ipsum secundum humanam naturam nunc apud patrem, modo prius exposito.

·Ientaculi decimi questio quarta.

¶ Et vterq; sensus, literalis est ⁊ verus, nec habet
dissonantiam aliquam: quoniam licet secundū ver-
ba videatur peti quod habetur, secundum tamen
sensus petitur alio modo habendū quod vno mo-
do habetur, quia iuxta primum sensum petitur ha-
benda gloria in executione que habebatur in prede-
stinatione: iuxta secundum vero sensum petitur ha-
benda gloria per derivationem, que habebatur se-
cundum essentiam in eadem persona. Unde non
dixit, claritate quā habuit humanitas mea, sed quā
habui ego: petit enim in se secundum huma-
nam naturam derivari gloriam quam
ipsemet habet secundum diuinam
naturam ab eterno. Nec de
quarto. Bude die xiiij.

Aprilis. M. D.

xxiiij.

Incipit vndecimum

Ientaculum in quo tria tractantur.



Currunt vndecimo tria occultiora tractanda.

Primum est Joan. x. quū dñs Judeis respōdit, ego dixi dñs estis &c.

Secundū est ad Phil. ij. Qui quū in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est &c.

Tertū est apoc. iij. Tu creasti omnia: & propter voluntatem tuā erant & creata sunt.

Circa Primum ambiguitas magna occurrit, cur dñs quū dixisset se esse verum deū, dicēdo ego & pater vnū sumus, & Judei vellent ipsum, ppter ea lapidare tanq̄ blasphemū, dicentes tu homo quū sis facis teipsum deum: cur inq̄ diuertit sermonē dñs a deitate p̄ essentiā ad deitatē p̄ participationē afferēdo psalmū loquētem de viris excelsis, ego dixi dñs estis. Videtur eū ex hoc dñm voluisse occultare veritatē qua dixerat se esse verū deum, & reddere rationē quare nō blasphemauerit, q̄a sacra scriptura attribuit dei nomē etiā viris excelsis, apparet siquidem q̄ scriptum voluit intelligi deum simili modo sicut illi de quibus dicitur, ego dixi dñs estis. Et hinc sequeretur arriana heresis, quod Christus nō se dixit verum deum p̄ essentiā, dicendo ego & pater vnū sumus, sed ex exposuit se esse deum p̄ participationem inducendo hanc psal. auctoritatem.

Et augetur difficultas ex subiūctis verbis de se.

Q

Leuaculi vndecimi questio prima

ipso: scilicet quem pater sanctificauit et misit in mundum. Nam sanctificari alienum est a deo per essentiam: filius enim dei non est sanctus factus, sed est sanctus genitus. Et propterea affirmando se sanctificatum a patre, affirmat se factum sanctum a patre: hoc per hoc non esse deum per essentiam, sed esse sanctum factum, sicut etiam Hieremie dictum est: antequam exires de ventre sanctificauit te. Undique ergo hec domini verba indecentia videntur, tunc maxime quando de eius deitate agebatur.

Ad hoc Dicitur, quod licet prima facie hec domini verba diuersina videantur, et ad procedendum debilibus Iudeorum intellectibus, aspiciere impotentibus ad claritatem sue deitatis, dicta a domino: perspicatius tamen intuentibus apparet oppositum, nam per hec verba dominus et directe respondet obiectioni Iudeorum, et seipsum amplius manifestat esse verum deum.

Ad cuius veritatis euidentiam, aduertendum est dominum dixisse inueniri tripliciter communicatum dei nomen. primo per originem, dicendo, ego et pater unum sumus. Secundo per participatiuam diuini sermonis: dicendo, si illos dixit deos ad quos dei sermo factus est. Tertio per gratiam unionis personalis, dicendo quem pater sanctificauit et misit in mundum. Dominus namque noster Iesus Christus quatenus filius dei est, verus deus est per originem eternam a patre: quatenus vero filius hominis est, verus quoque deus est per gratiam unionis personalis nature humane assumpte ad personam filii dei, ita quod per gratiam unionis effectum est ut homo, ut filius hominis, ut Iesus Christus esset verus deus: iuxta quod

pentaculi vndecimi questio prima cvi

bum apostoli ad Heb. i. Tunc melior angelis effectus quanto differentius pre illis nomine hereditavit: cui enim dixit aliquando angelorum, filius meus es tu. Quia igitur Iudei obiecerant Christo quod blasphemasset, propterea quia quum esset homo faciebat seipsum deum, dominus directe respondet non esse blasphemiam quod homo sit deus intelligendo de deo vero: quia per gratiam unionis personalis ipse verus homo erat verus deus. Et ut hoc possent intelligere, manduxit eos per illos qui facti sunt dei per gratiam divini sermonis, ita quod cognoscendo homines inveniri deo est per gratiam uno modo, ascenderet ad credulitatem quod per gratiam, excellentiori modo (scilicet per gratiam unionis personalis) invenitur homo deus verus. Ex hoc enim quod uterque modus quo homo est deus, ad gratiam spectat, rationabiliter, convenienter ac sapientissime dominus manducebat Iudeos ex uno modo ad alium, ex inferiori modo ad superiorem, ex gratia multis communi ad gratiam singularissimam soli nature assumpte a filio dei processam. Unde et dominus etiam in modo loquendi argumentatus est ab inferiori gratia ad superiorem, a communi ad singularissimam dicens, si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, quem pater sanctificavit et c. insinuando ex differentia inter numerum pluralem et singulari, scilicet illos et quem, et ex differentia gratie (scilicet ad quos sermo dei factus est, et sanctificavit et misit in mundum) rationem suam ascendere et procedere ab inferiori gratia ad superiorem immo ad supremam. Ubi etiam adverte, quod quia Iudei dixerant facis te ipsum deum, christus respondet, quem pater sanctificavit et misit in mundum: attribuit quod pater fecit, et quod non ipse usurpat sibi esse deum.

Ientaculi vndecimi questio prima.

Uerba autem illa, quem pater sanctificauit et misit in mundum, ex duplici capite significant gratiam unionis personalis.

Primo ex vi illius relativi quem, quod est relatiuum substantie, et refert hypostasim. Inter sanctificationem siquidem aliorum hominum et Christi hominis hec est differentia: quod sanctificatio aliorum primo refertur ad animam et mediante anima ad personam que sanctificatur, sanctificatio vero Christi hominis primo terminatur ad personam, nam ex hoc ipso humanitas Christi fuit primo sancta, quia facta est in hypostasi verbi. Et propterea de Christo homine singularissime dicitur, quem pater sanctificauit: hoc est personaliter sanctum fecit. Et licet sanctitas illius persone non sit facta in se, est tamen facta sanctitas illius nature assumptae: sicut persona filii dei est facta persona illius nature. Sanctificatus ergo singularissime dicitur Christus homo: pro quanto sanctus factus est secundum naturam humanam ex personalitate diuina. Et hinc patet quod excellentior sit homini sanctificationis gratia quam sit gratia sermoneis dei: ob quam scriptum est, ego dixi dei estis. Et illa quidem gratia est allocutionis ad homines preexistentes: ista autem est ad constituendum substantialiter hominem sanctum, hoc est hominem deum: quoniam per Anthonomasiam sanctitas soli deo attribuitur: iuxta celestem hymnum, sanctus sanctus sanctus dominus deus. Et ad propositum de Christo dicit angelus Luc. i. ad beatam virginem, quod ex te nascetur sanctum.

Nec solum verificantur hec secundum rem, sed etiam seruata proprietate locutionis. Et enim sic Christus vere dicitur sanctificatus ratione gratie

Tentaculi vndecimi questio prima c vii.

habitualis in anima ipsius, ita vere dicitur sanctificatus ratione gratie vnionis personalis concessæ humanitati ipsius. Et quia hec sanctificatio est et prior et potior illa, immo est causa illius (vtpote faciens hominem deum veram in persona significatam per relatum quem) ideo proculdubio de sanctificatione per gratiam vnionis hec domini verba intelligenda sunt.

¶ Et quoniam profundus nimis est huiusmodi intellectus ad quem Iudei ascendere non poterant, adiunxit bonus dominus alterum manifestum caput vnde poterant huiusmodi vnionis gratiam percipere addendo illud verbum, et misit in mundum. Nam etiam si sanctificatio comuni modo acciperetur, ex isto adiuncto intelligeretur vna persona filij dei et filij hominis, fuerunt siquidem multi alij sancti facti, sed nullus fuit cui conuenerint hec duo: scilicet quod fuerit sanctificatus, et fuerit missus in mundum.

¶ Et nota bene li in mundum (hoc est in vniuersum et non in mundum visibilem tantum, sed simpliciter et absolute in mundum) quoniam qui mittitur in mundum, extra mundum erat, extra quem solus deus est: omnes enim res, partes sunt mundi: ac per hoc sunt in mundo sicut partes in toto, excepta sola illa re que deus est, que etiam secundum philosophos est bonum extrinsecum totius vniuersi: vt patet xij. Nota. Ex hoc igitur quod vnusmet homo est ille quem pater sanctificauit et misit in mundum, etiam si sanctificatio comuni modo intelligeretur, significatur quod vnusmet homo est et verus homo et verus deus: quatenus sanctificatus verus homo, quatenus missus in mundum

Tentaculi vn decimi questio prima.

a patre verus deus, ac per hoc in verbis istis significatur gratia vnionis psonalis, qua factū est vt filius hominis esset filius dei, qua manifeste excludit quod blasphemauit dñs Iesus: q̄ quū homo esset ⁊ filius hominis, dixit quia filius dei sum, dixit ego ⁊ pater vnum sumus.

¶ Et sic manifestum est, quod dominus non timuit perseverare in confessione sue vere deitatis, nec diuertit sermonem ad deitatem p participationē: sed quum dixisset se verum deū per essentiā (quod verificatur de ipso quatenus est filius dei) aperuit Iudeis ⁊ nobis q̄ etiā quatenus est filius hominis, est per gratiā vnionis verus deus, ⁊ ad hoc intelligendum manuduxit eos per illos qui dicti sunt dī per gratiā sermonis diuini. Vnde nō dedit arrianis occasionem errandi, sed perscrutandi ad intelligentiam sue doctrine.

¶ Et q̄ hec fuerit ad literam intentio domini, manifestatur per subsequētia verba, nā hec que dixit de identitate sue persone q̄ erat vnus de⁹ ⁊ hō, statim probat subiungendo, si nō facio opera patris mei, nolite mibi credere: si autem facio, ⁊ si mibi nō vultis credere, opibus credite, vt cognoscatis ⁊ credatis quia pater in me est ⁊ ego in patre. Vbi ex vnitāte operationis sue ⁊ patris, probat vnitatē substantialem sui ⁊ patris quam predixerat. Vnde etiam Iudei auditis his, quia intelligebant hāc domini responsionem ad idem tendere quod dixit: at (scilicet ego ⁊ pater vnū sumus) ppter quod volebant eum lapidare, non quienerunt: sed his auditis vt euangelista dicit, querebant eum apprehendere, sed ipse exiit de manibus eorum. Ex quo facto ma

Ientaculi vndecimi questio secūda cvl. j.
nifestius redditur quod diximus, scilicet quod sermo
domini non erat ad diuertendum, sed ad manu-
ducendū eos ad veritatē quā dixerat, si enim fuisset
diuersius sermo, nō perstitissent vt apprehēderēt
eū, ⁊ lapidarēt extra templum: vt pote persistentem
in blasphemia. Et per hec patet solutio ad quesita
omnia. Hec de primo.

Circa Secundū ad Phil. ij. Scilicet qui
quū in forma dei esset, nō rapinam
arbitratus est esse se equalem deo, sed exinani-
uit semetipsum formā serui accipiēs) difficultas ex
multis capitibus occurrit.

¶ Et primo quia impertinentia multa videtur hic
apposita, quū em̄ apostolus intenderet dicere Chri-
stū quū esset deus semetipsum humiliasse ad incar-
nationem ⁊c. impertinens primū videtur q̄ equali-
tatē ad deū immisceat: sufficiebat em̄ dicere, q̄ quū
in forma dei esset, exinaniuit semetipsum ⁊c. Rur-
sus. Si equalitas ad deum inferenda erat, quorsum
inseririt iudicium seu arbitriū de equalitate? satis
enim fuisset dicere, qui quū in forma dei esset, ⁊ e-
qualis esset deo, exinaniuit semetipsum. Iterū. Si
equalitatis arbitriū interponendū erat, quorsum de
non rapina sermo hic est: vbi ad humilitatis virtu-
tem hortabatur apostolus Christi exemplo, nō ad
fugā vitioꝝ. Nec caret deniq; scrupulo, quorsum
apostol⁹ incarnationē appellauit euacuationē ipi⁹
filij, dicēdo exinaniuit semetipsum: quū nulla inter-
nenerit euacuatio in hoc mysterio.

¶ Secundo magna est difficultas circa cōtextum
huius sermonis, non enim apparet ad quid respi-
cit illa aduersatina coniunctio sed, quū dicitur sed

Centaculi vndecimi questio secunda

exinanivit semetipsum, videtur enim q̄ debuisset dicere, et tamē semetipsum exinanivit: quoniā ex hoc dicto, qui quum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo (quo dicto significatur quod Christus cognouit nō rapina sed natura esse se equalem deo) consequēter subiungendū erat et tamē exinanivit semetipsum, et nō subiungēdum erat sed exinanivit semetipsum: quoniā nihil p̄missum est cui aduersetur li sed.

Ad euidenciam Huius sententie p̄spicere oportet prius intentionē et sensum, deinde ad verba descendere apostoli. Intentio eius (vt ex cōtextu apparet) est exemplum humilitatis qua superiores nobis inuicē nos arbitremur, ex Christi actione afferre: p̄miserat em̄ in humilitate superiores sibi inuicē arbitrātes, et subiunxit exēplū de Christo cū causali p̄iunctiōe dicēs hoc em̄ sentite in vobis quod et in Christo Iesu. Exēplū autē Christi p̄sistit in duobus. primo in mysterio incarnatiōis, de quo nunc est sermo, deinde in mysterio passiōis, de quo post subiūgitur humiliavit semetipsum. Ex mysterio autē incarnationis intendit apostolus humilitatis exēplū afferre, assignando rationē quare Christus recognouit deum vt superiorem, et hoc directe seruit proposito suo, quo instruebat philipenses, vt in humilitate superiores sibi inuicem arbitrarentur, nam si Christus quum sit deus arbitratus est deum superiorem sibi, tanto magis homo debet hominem superiorem sibi arbitrari. Et quoniā ch̄so d̄no huius modi subiectio nō p̄uenit ex natura (qm̄ ex natura eq̄lis ē deo) sed ex libero arbitrio q̄ voluit incarnari.

Ientaculi vndecimi questio secunda, cix

ideo apostolus mira subtilitate radices ex pte rei ⁊ intellectus, hūilitatis oīs, ⁊ hūilitatis istius singularissime incarnationis in hac sentētia tangit. **¶** Qd vt clarius intelligat, recolendū est q̄ humilitas ex parte rei cōsurgit ex aliqua minoritate, ex pte at̄ intellectus cōsurgit ex cognitione ⁊ iudicio illius minoritatis: ex hoc em̄ arbitror aliū mihi superiorem, q̄a in aliquo minor sum illo, ⁊ recognosco me in aliquo minore illo: si em̄ essem minor, ⁊ non recognoscerē me minore, nō p̄pterea essem humilis. Et per oppositū si aliquā minoritatē habeo respectu alteri⁹, ⁊ equalem me illi facio seu iudico, rapinā p̄mitto: rapio em̄ equalitatem quā non habeo, quū sim minor. Et hinc amplius sequitur, q̄ si nos superiores nobis inuicē, non arbitraremur, rapinā p̄mitteremus: quia quilibet minor quū sit altero, equalē saltem se faceret illi, ac per hoc raperet equalitatem. **¶** Quibus prelibatis sensus apostolicus est: q̄ christus quū deus esset, non ex iudicio rapine equalitatis diuine sed ex propria voluntate recognouit deū superiorem, formā serui accipiens. Et per id qd̄ dixit nō ex iudicio rapine, excludit primo omnis minoritas a filio dei: si em̄ minor in aliq̄ esset deo, iudicium q̄ esset equalis deo, esset iudiciū per rapinam ac per hoc q̄ non ex iudicio rapine equalitatis diuine incarnatus est, declarat q̄ non ex iudicio alicuius minoritatis in seipso, ac per hoc q̄ non ratione alicui⁹ minoritatis subiectus est deo. fuisse siqdē ex iudicio rapine diuine equalitatis subiectus, si ex iudicio alicuius minoritatis in seipso subdit⁹ esset: arbitrans ⁊ merito rapinā, esse se equalē deo, q̄ minore se cognosceret. Sed non ex rapine iudicio s̄ ex

Ientaculi vndecimi questio secunda.

mera sua voluntate subiecit se deo, formā serui acci-
piens. Excludit secundo omnis cautela rapine eq̄-
litas diuine, siue quantū ad rem, siue q̄tum ad af-
fectū, siue quantū ad estimationē alioꝝ: fuisse siq̄-
dem ex iudicio rapine h̄mōi incarnatus, si cauens
ne deo debitū honorē vsurparet sibi, aut cauens ne
in affectū celsitudinis diuine veniret, aut cauens ne
estimaretur ab alijs deus, formam serui accepisset.
Sed omnis h̄mōi cautela excluditur ex hoc q̄ non
rapinā arbitratus est esse se deo equalē in omnibus
et per oia, hoc est, ex hoc q̄ non ex iudicio rapine di-
uine equalitatis quolibet, sed spontanea voluntate
formam serui accepit. ¶ Et p̄t hec sententia cau-
sam denotans subiectionis Ch̄i ad deū, suā volun-
tatē, et non iudiciū de minoritate aliqua in se cogni-
ta, adhuc duplicē sensum habere. Primus est intel-
ligendo per equalitatē ad deū, equalitatē intrinse-
cam. Et tunc est sensus, q̄ Ch̄us quū in forma dei
esset, nō ex iudicio rapine diuine equalitatis (hoc est
non ex iudicio quo cognosceret se rapere diuinā e-
qualitatē, quia non ex iudicio q̄ se recognosceret in
aliquo minore p̄e: vt q̄a minor p̄e, honorare vo-
luerit patrē accipiendo formā serui) sed p̄pria volū-
tate semetip̄m exinanuit, formam serui accipiens.
¶ Aliter sensus est, intelligendo p̄ equalitatē ad de-
um, equalitatē purā, hoc est, equalitatē non adiu-
ctam seruituti. Et tunc est sensus, q̄ Ch̄us quū in
forma dei esset, nō ex iudicio rapine equalitatis pu-
re (hoc est non q̄ iudicauerit rapinā, permanere se
in pura equalitate ad deū) sed p̄pria voluntate ad-
iunxit seruitutez equalitati, dū exinanuit semetip̄m
formā serui accipiens. Et iuxta hunc sensum intena

Ientaculi vndecimi questio secūda. cx

dit dicere apoit. q̄ si Lbr̄us quī in forma dei esset, voluisset permanere patri equalis pure (hoc est equalis sine adiuncta minoritate quā p̄ incarnationem sibi adiunxit) non cōmisisset rapinā: qm̄ in forma dei erat, hoc est, q̄a deus verus erat. Et p̄terea non rōne alicuius debiti aut defectus aut minoritatis, &c. sed sola voluntate semetip̄m exinanivit formam serui accipiens, hoc est, fecit se minorē, quum esset equalis, nō minuendo equalitatē, sed adiungēdo equalitati minoritatem.

Et hic sensus vltimus qui includit primū & addit, magis videtur amplectendus ad literam: quia saluat ad literam tum proprietatem vocabulorum tum claritatem & facilitatem sententie & exempli ad humilitatem. Iuxta hunc siquidem sensum filius dei vere & proprie exinanivit semetipsum, hoc est, euacuauit personam suam, non aliquo intra suam personam contento, sed puritate equalitatis ad patrem: nam vbi prius erat patri equalis, & nullo modo minor, modo est equalis & minor. Et signanter dixit semetipsum: q̄a ita suā personam filius exinanivit, hoc est, euacuauit puritate equalitatis, q̄ non personā patris aut spiritus sancti euacuauit tali puritate: spiritus enim sanctus equalis patri ita est q̄ nullo mō minor: & similiter pater ita est equalis filio & spiritui sancto q̄ nullo modo minor. Sol⁹ at̄ filius est q̄ est & equalis & minor: q̄a semetipsum exinanivit, hoc est, euacuauit puritate equalitatis diuine, formā serui accipiens, hoc est, adiungēs equalitati seruitutē. Sicut iuxta hunc sensum sn̄a & facilis & clara ē: vt decet epistolarē textū, & p̄cipue in exemplis. Inuenit siquē accommodatū valde bñ sic in-

Yentaculi vndecimi questio secunda.

tellectū exemplū Iesu Christi ad humilitatē: ex h
q̄ quū esset deus, ⁊ nosset q̄ non esset superbie rāpi
na pmanere in diuina equalitate pura, voluit p̄pria
voluntate suam p̄sonam euacuare puritate equali
tatis, adiungendo sibi seruitutem qua p̄fem supio
rem haberet. Si ipse sic fecit, quāto magis nos (q̄s
oportet arbitrari rapinā, esse nos equales alijs: q̄a
minores in aliquo sumus) debemus superiores nos
bis inuicem arbitrari? Rursus, satisfacere q̄ inues
nitur hoc exemplū precedentib. immediate verbis:
.s. non que sua sunt singuli considerantes, sed ea que
alioꝝ: qm̄ hinc habemus q̄ Ch̄sus Iesus quū eēt
filius dei, non que sua sunt. s. diuinam equalitatem
puram considerauit seruandā, sed ad salutē alioꝝ
exinanivit semetipsum formā serui accipiens. Et si
altius scrutatus fueris, inuenies maximū humilita
tis exemplum: qm̄ quū in forma dei esset, ⁊ fm̄ dei
formā nec haberet nec habere posset vllō mō supe
riorē, fm̄ vero personā non haberet q̄ superiorē,
nec habere posset superiorē seruata puritate eq̄lita
tis, maluit euacuare suā personā puritate equalita
tis formā serui accipiendo vt haberet superiorē q̄
in sue equalitatis puritate p̄sistere. Propter quod
formalissime apostolus non dixit formā creatā sed
formā serui, vt equalitati minoritatē seruile adiu
xisse intelligeres, non solum ad confundendā n̄rā
superbiam qua superiorē vllum si fieri posset nol
lemus, sed ad impellendū ad humilitatem qua su
periores nobis inuicem arbitremur: imo ad tā diu
vacādum humilitatis affectui donec sentiamus in
nobis, quod ⁊ in Ch̄sto Iesu sentimus: donec affe
ctemus ob alioꝝ bonū superiores alios nobis fa

Ientaculi vndecimi questio secunda. cxii

cere, euacuando nos circumstantibus nos condignitatibus nostris, et inferiorum aut etiam subditorum personas agendo, et si non semper extra, saltem intus.

Ad verba Antem descendendo, dicitur quod oportuit apostolum meminisse equalitatis dum tractaret de extremis, scilicet, superiore et inferiore (dixerat enim superiores sibi iuncte arbitantes) equale enim medium est inter maiorem et minorem. Oportuit quoque de arbitrio equalitatis loqui: dum de causa rationali, hoc est, agente a proposito tractabat. Rapinam quoque inseruit: quoniam rapina equalitatis ita contrarium humilitatis significat ut radicem humilitatis scilicet minoritatem ostendat.

Et scito quod ut contextus planus literere habeatur, negatio super verbum construenda est, ita quod littera sic ordinetur. Qui quum in forma dei esset, non est arbitratus rapinam esse se equalem deo, siue equalitate intrinseca siue equalitate pura: hoc est, non ex iudicio rapine equalitatis sed semetipsum exinanivit (in quo clauditur quod voluntarie se exinanivit) formam serui accipiens. Et sic aduersatiua coniunctio habet cui aduersetur, dum causa aduersatur cause, hoc est, voluntas aduersatiue ponitur ad non iudicium rapine: verba enim hec licet non per modum cause inducantur quantum ad sonum verborum, ut causas tamen continentia intelligenda sunt. Et sic intellecta, per aduersatiuam coniunctionem causa affirmata scilicet voluntas contra ponitur cause negate, scilicet, non arbitrio rapine equalitatis. Et significatur quod non ex iudicio rapine sed sponte exinanivit semetipsum. **¶** Dec de secundo.

Ientaculi vndecimi questio tertia.

Circa Tertium Apoc. iij. Omnia crea-
ta sunt, et per tuam voluntatem erant
et creata sunt. Difficultas occurrit quod pacto ve-
rificatur hoc quod omnia que deus creauit, per suam
voluntatem erant et postea creata sunt. Dupliciter
enim res dicuntur esse, vel in seipsis vel in suis cau-
sis: sicut domus dicitur esse vel in seipsa quando
est facta, vel in mente artificis antequam fiat. In utro
autem modo verificari possunt hec verba. Non de
esse rez in seipsis: quia tale esse non habent antequam create
sint: in textu autem dei, erant et creata sunt. Nec de esse
in arte diuina: quoniam creatura secundum esse quod habet in
deo, est creatrix essentia, et est ipse deus: in xpo illud
Joan. p. i. quod factum est in ipso, vita erat: ac per hoc
non dependent secundum tale esse a voluntate dei: et conse-
quenter falsum est dicere quod per voluntatem tuam erant
sicut falsum est dicere, quod ipse deus est per voluntatem
suam: debuit enim dicere, et per naturam tuam erant, aut
saltem per intellectum tuum erant.

Ad hoc Dicitur, quod proculdubio sermo iste in-
telligitur de creaturis secundum quod sunt in me-
te dei summi omnium artificis.

Et quum obicitur quod creature non sunt in mente
dei per voluntatem dei, sed per naturam seu intelle-
ctum eius: respondetur quod creature dupliciter in-
telliguntur esse in ipso summo opifice. Primo sim-
pliciter et absolute, ut effectus sunt in causa a qua pro-
duci possunt: secundo ut effectus producendi sunt in
causa. Et ut percipias hanc distinctionem, consi-
dera quod preter creaturas productas et producen-
das multa sunt alia in diuina potestate que possent, per

Pentaculi vndecimi questio tertia. cxii

ducere que tamen nunq̄ produxit nec producet. Et
ex his eleua mētis oculos, ⁊ psidera deū gloriosum
in duplici signo nature, hoc est, psidera primo ip̄m
secundū se, hoc est, nō psiderata determinatione vo
luntatis eius ad producendū aliquas creaturas:
⁊ sic videbis omnes creaturas tam quandoq; pro
ductas seu producēdas, q̄ nūq̄ productas seu pro
ducendas habere esse in deo vt in causa potente ill
las producere. Et loquendo de tali esse creaturaz
in deo, dicendum est q̄ sunt in deo per naturam et
non per voluntatem dei: quoniam hoc conuenit
deo ex sua natura, ⁊ non ex libero arbitrio. Si ve
ro consideras ipsum deū gloriosum deinde in se
cundo signo, hoc est, quam voluntas sua libere de
terminauit se ad producendū ita istas creaturas,
puta que sunt fuerunt ⁊ erunt in hoc mundo, q̄ nō
alias que nunquā fuerunt sunt ⁊ erunt videbis dif
ferentiam inter creaturas ⁊ creaturas in deo: in h
q̄ quedam sunt in eo solum in potentia, quia scilicet
et possunt ab ip̄o fieri, quedam vero sunt in eo nō
solum sic sed etiam vt producende: ⁊ q̄ creature
que sunt in eo hoc secundo modo scilicet vt produ
cende, per voluntatem ipsius dei habent hunc essen
di modum: quoniam ex libera dei voluntate quasi
translate sunt de ordine possibilium absolute ad or
dinem producendorum quandoque. Et de crea
turis secundum tale esse Apocalyps. loquitur. Et
verum dicit: quoniam per voluntatem dei que cre
ata sunt erant producibilia, quamuis per naturam
dei erāt simpliciter possibilis. Et sic creature vt pro
ducende erant in arte dei per suam voluntatem, et
create sunt per eandem voluntatem.

Ientaculi vndecimi questio tertia.

Ad objectionem autem in oppositum, q̄ cre-
atura in deo est creatrix essentia ⁊ vita, ⁊ cetera, re-
spondet̄ distinguendo, formaliter vel identice, hoc
est, q̄ creature in deo secundam illam rem in qua
sunt, nō sunt per voluntatem, quia sic sunt ipsa de-
itas, sed formaliter vt sunt producende, sunt per vo-
luntatem. Quemadmodum actus liberi arbitrii
diuini formaliter est per diuinā voluntatem in deo,
nam q̄a vult eligit: ⁊ idē ipse est actus identice
(hoc est secundum rem que est) quia
est ipsa deitas, per naturam est non
per voluntatem. Nec de ter-
tio. Bude die vigesima
Aprilis M. D.
xxiij.

Incipit duodecimum

Iētaculum: in quo quin-
q; tractantur.



Currunt Duodecimo cōside-
randa circa res ge-
stas quinq;.

Primum Luc. viij. quo pacto mulier
peccatrix stans lauerit pedes domini
lachrymis.

Secūm, vnde cōstet ex euāgelio hāc mulierē pec-
catricē esse Mariā magdalenā ⁊ sororē Lazari.

Tertium, Cur Marci. viij. dñs cecum illumina-
uit paulatim, ita quod primo imperfecte: dum di-
xit, video homines ambulantes sicut arbores: ⁊ se-
cundo impositione manuum perfecte, vt clare vi-
deret omnia.

Quartum, Cur Paulus apostolus tam i. ad thi.
iij. quā ad ti. i. tradens conditiōes requisitas ad e-
piscopum, tradit tātūmodo positivas (puta sobri-
um, prudētē ⁊c.) ⁊ nūq; meminit pditionis ppara-
tine: scilicet q; sit dignior alijs.

Quintū, Cur tentator Christi in prima ⁊ secun-
da tētatiōe dixit, si filius dei es, in tertia autē hoc nō
dixit, sed ad maximū scelus est ausus Christum p-
nocare.

Ad primū horū dicitur, quod Lucas euā-
gelista exuberantiā fletus ⁊ lachrymarū in il-
la peccatrice descripsit ex hoc quod nō po-
tuit cōtinere lachrymas immo lachrymarū proflu-
uū, vsq; ad sui prostrationē ad pedes Christi: sed
tanta erat cōmotio ad fletū, ⁊ affectus ad irrigan-

¶

Ientaculi duodecimi questio secūda

dum pedes lachrymis, vt ad huc stans .i. erecta p
flumiū lachrymarū inceperit ad pedes emittere. Pro
pē qđ signāter euāgelista nō dixit qđ stās rigauit pe
des eius, sed quod stans cepit rigare: significans p
hoc incōtinentiā ⁊ exuberantiā lachrymarū.

Ad secundū dicitur, quod ex euāgelio Mar
ci vlt. habetur Mariā Magdalenā esse illā
de qua dñs elecerat septē demonia. Et quo
niā Marcus ideo descripsit eā a septē demonijs
vt denotaret dignitatē hominū peccatorum qui ad
Christum conuersi sunt, p hoc quod Christus mu
lieri olim tā peccatrici resurgēs primo apparuit, cō
sequens est vt per septē demonia intelligantur vni
uersa vitia: vt Bre. optime exposuit: alioquin non
fuisent ex hoc peccatores dignificati. Nā verari
corporaliter hominē a septē demonijs, nō est pecca
tū sed pena: ac per hoc nō fuisset denotata mulier
peccatrix, sed mulier afflicta a demonijs. Quum i
taq; maria Magdalena cui Christus resurgēs pri
mo apparuit, sit illa que vniuersis vitijs erat subie
cta, ⁊ nulla alia legatur nisi illa que erat in ciuitate
a deo peccatrix vt etiam proprio nomine non me
ruerit nominari, rationabilis valde apparet com
munis opinio, eandem dicens mariam Magdale
nam ⁊ peccatricem apud Lucam.

Et confirmatur ex eo q; Lucas ipse post la
chrymas mulieris peccatricis, sequēti capitulo po
nens mulieres Christi sequaces, ante omnes ponit
mariam Magdalenam: nominans eam iam Chri
sti pedissequam, cuius peccatricis nomen tace
rat. Simile enim quid fecit de Mattheo euangelio

Iētaculi duodecimi questio secūda cxiij
sta: dum sedentem ad teloneum nominat leui, quem
postea in cathalogo apostolorum nominat Mat
theum.

Cfirmatur quoq; non solum eadem sententia sed
etiam quod ipsa fuerit soror Lazari, ex verbis Jo
annis euangeliste: dicentis de Maria sorore Laza
ri, Maria aut erat que unxit pedes dñi unguento.
Ex tempore em̄ quo Joānes hec verba dixit, habe
tur ipam fuisse que olim unxerat pedes domini un
guento, nam per hec verba descripta est ante resur
rectionem Lazari: ac per hoc ante tempus cene in
qua Lazarus resuscitatus vnus erat ex discumben
tibus ante sex dies pasce, quando Maria iterū un
xit pedes domini.

Ex quo enim Joannes scripturus erat cenā illā
et vnctionē que ibi facta postea fuit, non erat soror
Lazari describenda per futuram vnctionem verbo
preteriti temporis scilicet unxit: sed ad significandū
preteritam vnctionem quam descriptam sciebat a
Luca euangelista, descripsit eam a preterito actu,
vt ad quantam gratiam sint peccatores a Christo
admissi significaret. Vnde et vtitur simili modo lo
quendi, quo vtitur in descriptione aliarum perso
narum ex preteritis actibus. Quum enim describit
Nicodemum sepelientem Christum, dixit quod is
ipse est qui venerat primum ad eum nocte. Et simi
liter quū describit Cayphā indicantem Christū ait
erat aut Cayphas qui psiliū dederat Iudeis &c.
Ita q; de sorore Lazari dicit, Maria aut erat q; un
xit pedes dñi unguento, et exersit capillis suis: con
stat em̄ q; nulla alia p tunc erat q; unxit pedes dñi et
exersit capillis suis, nisi peccatrix apud Lucam.

Ientaculi duodecimi questio secunda.

E Nec solum ex tempore sed etiam ex loco idem confirmatur. Nam in eadem domo vtraque unctio facta insinuat eandem esse personam ungentem cui commoda erat illa domus: prima siquidem unctio facta est in domo Simonis pharisei: secunda quae in domo Simonis leprosi: quia dominus curauerat eum a lepra, ut glosa dicit. Ex quo apparet quod tam commoda imo et familiaris domus Simonis erat marie sorori Lazari, ut forte (quod etiam aliqui putant) in eadem domo sub diuersa tamen contignatione habitaret maria Magdalena.

Quod ex tribus elici quodammodo potest. Primo ex eo quod domestice videtur ingressa super iuuantes quoniam primum rigauit pedes eius, ut cognouit quod accubisset in domo Simonis pharisei, quasi nata loci commoditatem. Secundo ex eo quod quasi ad manum habens dum cenaretur ante sex dies Pasce accepit alabastrum unguenti, etc. Tertio ex eo quod in domo Simonis Martha ministrabat.

Et confirmatur adhuc eadem sententia ex fiduciali augmento familiarium tactuum. Nam quoniam dominus Iesus a mulierum conuersatione esset tam alienus, ut discipuli videntes eum loqui cum Samaritana, mirarentur quod cum muliere loquebatur, credibile non est quod mulier aliqua ausa fuerit prima vice ungeri caput ipsius: sed quod mulier illa quae prima vice pedes lacrymis lauit, et gratum suum officium fuisse exprobra est dum audiuit propterea sibi dimissa esse peccata multa. post multum tempus animae quior facta ex multis sibi monstratis beneuolentiae signis et multis preceptis effectibus gratie spiritualis, tamen fiducie acceperit, ut iteque pedes et caput simul ungeret, rationalis processus fiducie admittit, qui

Ieraculi duodecimi questio tertia c xv.

vsq; adeo excreuit, vt ad reuergētis domini amplexum amoris ardor magnitudoq; letitie incitauerit, quā prohibita est a domino, dicēte nolī me tāgere. Quod enim tunc in amplexum ruere volebat, in sinuat primo ipsa dñi prohibitio, qui tamen nō prohibuit eam osculari sibi pedes: quoniam scriptum est, accesserunt ⁊ tenuerunt pedes eius. Attestari etiā dicit incorrupta adhuc caro in sola fronte capitū eius perseverās: vt pote quā dominus manu in mortali tetigit, prohibens eam, nolī me tangere, hoc est enim signum quod vultum suum Magdalena nō ad terrā versus pedes dirigebat, sed nesciens quid faceret ad amplexum.

¶ Et hec dicta sint, vt percipiatur quod vnāmet psona fuit que primo pro remissione peccatorum lacrymis rigauit pedes eius, postea animequior facta ad caput vngendum ascendit, ⁊ post resurrectionē ardens magistri amore in amplexus ruere voluit: huius enim fiducia, pgressus idētitatē psonae inōstrat. Et quā constat q; Maria magdalene fuit que fecit hunc vltimū actū, ⁊ q; soror Lazari fuit que fecit penultimū, ⁊ q; peccatrix mulier q; fecit primū, cōsequens ex hoc ⁊ tot alijs antedictis est, vt ex euāgelicis dictis credamus vnā ⁊ eandē esse Mariā magdalene sororē Lazari que erat in ciuitate peccatrix: vt ecclesiasticum etiā officium testatur.

Hec de secundo.

Ad tertium dicitur, quod ratio talis quasi imperfecti modi curādi fuit duplex, vna ex parte ceci, quia scilicet indispositus erat ad recipiendum subitam sanitatem perfectam: vt patet ex eo quod ipse non rogabat pro seipso, sed alij ro-

¶ iii.

Ientaculi duodecimi questio tertia

Nec tamen causa non est sufficiens: quoniam legitur dominum subito curasse paralyticum submissum per tegulas, ad fidem aliorum ipso paralytico tacente.

Unde altera causa ex parte domini simul cum predicta concurrat: scilicet ut doceret nos miraculosa dei opera non solum esse que subito perfecte fiunt, sed etiam procedendo de imperfecto ad perfectum, et quidem cecus ille ita erat dispositus ut non esset capax perfecte sanitatis vno ictu, sed paulatim sicut dispositio erat fidei et deuotionis, ita etiam paulatim sanitatis donum concessum est. Quod in paralytico non est obseruatum, quia ratio alia urgebat: scilicet ut sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra hominibus dimittere peccata.

Instruimur ergo ex hac per partes illuminatio cecum, recognoscere etiam diuinam gratiam quam post votum emissum ob sanitatem consequenda paulatim sani sumus. Et similiter quum sanitatem anime paulatim a deo consequimur: procedens de imperfecto ad minus imperfectum, et inde ad aliquam perfectionem, et inde ad aliam etc. Huiusmodi enim sanandi modum ex speciali gratia procedere ex hoc domino facto instruimur: et non solum ea que statim perfecta sunt opera diuino esse tribuenda miraculo.

Hec de tertio.

Ad quartum dicitur, quod paulus apostolus ad illius temporis episcopos respicit, quando episcopatus non erat honoris sed oneris, non habebat annexum beneficium honorum temporalium: sed erat tantum superintendens spiritualibus, et temporalium per diaconos administrator.

Lentaculi duodecimi questio quarta cxvi

In impositione autem oneris sufficit eligere idoneum ad tale onus sustinendum, et non oportet digniorem alijs preferre: quoniam ratio exigens conditionem comparativam (scilicet quod sit alijs dignior) fundatur super exhibitionem boni debiti: onus autem non clauditur sub genere bonorum, sub quo clauduntur honores, dignitates, beneficia, &c. Sed hec responsio licet vera dicat, non tamen satisfacit: quoniam apostolus scripsit epistolas ad instruenda non solum illa tempora, sed omnia succedentia.

Similiter non satisfacit responsio dicens quod locus ab auctoritate negative parum aut nihil valet: et sic per hoc quod Paulus tacuit conditionem comparativam, non potest deduci, ergo conditio comparativa non requiritur. Deficit siquidem hec responsio in proposito propter duo. Primo, quia Titus plusquam legitimam excusationem habuisset erroris sui, preficiendo episcopos dignos et non adhibendo diligentiam utrum sit aliquis dignior: nam Paulus apostolus scribit ei quod instituat episcopos in Creta: et dat ei regulam circa conditiones eligendorum ad episcopatum: nullus certe culpae posset Titum preficientem episcopos iuxta regulam Pauli precise, ac per hoc non curantem de comparativis: potuisset enim semper dicere feci iuxta regulam a te mihi traditam: tu in culpa es si insufficienter me instruxisti. Secundo, quia ipse Paulus apostolus Actuum xx. ait ad Ephesios, in persona omnium quibus predicaverat: mundus sum a sanguine omnium: non enim subterfugi, qui minus annunciarum omne consilium dei vobis. Quomodo namque omne consilium dei annunciasset, si tradendo regulam de eligendis episcopis, tam necessariam conditionem tacuisset?

Ientaculi duodecimi questio quarta.

Dicendum Ergo videtur, q̄ p̄terea Paulus apostolus hanc conditionem paratiam tacuit, quia per se loquendo non est necessaria. Dico autem per se, quia episcopatus dupliciter considerari potest: vel secundum id quod conuenit ei per se: vel secundum sibi annexa. Et si quidem consideretur sibi annexa (s. superioritatem honoris, dignitatem, beneficium ecclesiasticum) sic est in genere bonorum. Et quoniam huiusmodi annexa sunt communia bona ecclesiastica, et debita membris ecclesie ut distribuantur illis, idcirco sibi annexa hec exigitur conditio paratiua: ut scilicet digniori maiora dentur, et oppositum facere, est vitium acceptionis personarum. Et iuxta hoc intelligenda est doctrina dicentium, quod oportet in foro conscie eligere digniorem ad hoc, et non sufficit eligere bonum seu dignum: quia vitium acceptionis personarum est exhibere bona debita sic ut minus dignus preponatur magis digno. Si vero consideretur episcopatus sibi id quod conuenit sibi per se, sic est in genere onerum: ut patet ex actu sibi proprio, qui est pascere oues et agnos Christi: iuxta verbum domini Joannis ultimo: hoc enim onerosum manifeste est, et pure onerosum. Propter quod dominus voluit quod Petrus ex amore quem haberet ad ipsum dominum subiret tale onus. Et Paulus apostolus docet, dicens: qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: non bonam dignitatem, non gradum, non beneficium, non honorem, etc. sed opus tantum, ac per hoc onus: unde et merces operario debetur, iuxta illud Matthe. xx. voca operarios, et redde illis mercedem. Nec obstat puritati oneris quod pastorale officium gradum potestatemque superiorem per se

Ientaculi duodecimi questio quarta. cxvij


supponit aut constituit: quoniam huiusmodi gradus ac-
ptas non concurrunt ut bonum persone que assumitur
ad pastorale onus: quia non datur ei ut bene sibi sit
sed propter necessitatem aut utilitatem omnium. Et ut
unico dicatur verbo, totum pastorale officium ordi-
natur per se ad bonum non pastoris, sed ecclesie Christi:
ac per hoc in genere non bonorum sed onerum distri-
buendorum personis ecclesiasticis, per se locatur.

Considerando itaque episcopatum per se nulla
apparet ratio quod requiratur conditio comparatiua:
nam ex parte persone que eligitur, cessat ratio acce-
ptionis personarum: quia non distribuitur com-
mune bonum, sed commune onus: unde non cadit
acceptio personarum, nisi forte plus grauando il-
lum cui datur. Ex parte vero ecclesie cui super in-
tendere debet, non est maius debitum quam ut suffici-
enter ei provideatur: quia ecclesia ipsa non habet ius
nisi ad sufficientem habendum pastorem. Cuius si-
gnum est, quod non est locus querelae si sufficienter ei pro-
uidetur. Et ad supererogationis bonum spectat si
plus quam sufficiens ei detur pastor. Et confirmatur ex
ceteris provisionibus officialium, que in mundo fi-
unt, nam ubique recte rationis satisficit, si sufficienter ciuita-
tibus, opidis, regnis, administrationibus, etc. prouidetur.
Et ad hanc sententiam ducunt due prius inducte rationes pro suf-
ficientia doctrine ab apostolo tradite: ambe enim multum
cogunt. Et si contra hanc sententiam applicetur illa ratio:
scilicet quare eligis ex duobus sufficientibus minus dignum:
in promptu est responsio, quia non teneor eligere me-
liorem: sed multis existentibus sufficientibus locus
est gratificationi, nec est acceptio personarum preeli-
gere minus dignum, sufficientem tamen, sed libertas.


D **v**

3

¶ finis Tentaculorum novi testamenti per
R. D. D. Caietanū Cardinal. S. X. I. I.
z cetera. Anno M. D. XXXI.
iii. Julij.



Faint, illegible markings or ghosting of text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





Am 16. febr. 1717. Ich erachte. es
manich & noch mehr. fand I orck. wterf
dir her uba & zoh schulde. in die biffen. gode
in gestornig an de rure. den vnnor
Gendey buterney dor. des helpe in
vth al myner wtr. In die wtr. 1 fly
1717. 27. ter dicit. raph. manich sup



Th
6000